veniāt ex mari:nec ex tartaro sub terra incluso:neqз veniāt ex aq̄ aggregata in cauernis:nec ex aq̄ pluuiali:iō opз q̄ generent̄ sub terra in ꝯcauitatib⁹ montiū.ꝯñia tзq̄ nullus ali⁹ modus vi̇ eē possibilis quo possint fieri fōtes nālr:nisi aliq̄ isto ꝑ modoꝝ:ꝛ añs pз ex p̄missis ꝯnib⁹. ¶ Sз aliqs dubitaret ꝯ añs.q̄ posse est q̄ ex aq̄ pluuiali generent̄ aq̄ fontiū: posito casu q̄ ex vna pte montiū subintrēt aq̄ p pluuiā ꝯgregate ad cōcauitatē:ꝛ ex alia pte per lōgā distātiā exeant successiue:iō nō gnānt̄ sub terra:sed ex pluuia. ¶ Ad hoc di:q̄ q̄uis hoc posse eēt:tñ qñ fieret sic ex vna pte pluuia montiū oporteret q̄ in magna copia aq̄ sil' emanaret:ꝛ cum maiori violentia q̄ cōtinue fontes exeant vel effluant:ꝛ cū hoc magna imūdicia:sicut accidit de pluuia sup terrā cōgregata:q̄ ipsa est imūda pp plures terre:ꝛ qñ nō plueret diu:tūc tales fontes perirent totaliter:cui⁹ oppositū experimur.ꝛ pp hoc non gnānt̄ sic fontes:nec fluuij. ¶ Itē aliud signū hui⁹.q̄ aqua fōtiū ꝓpe ortū est semp recēs:nō ḡ fit ex pluuia q̄ sit recēs pз p experientiā:q̄ si reseruaret̄ in vase mūdo tardi⁹ putresceret q̄ aq̄ que caperet̄ de aq̄ stante. ¶ Et ex alio ꝯfirmat̄:q̄ sub terra in cōcauitatibus:qñqз generat̄ ignis.ergo a multo fortiori aq̄ cū terra sit silis magis aq̄ q̄ igni:ꝛ añs pз ex locis vbi gnānt̄ minere ꝛ sulphur ꝛ aurum ꝛc̄.ibi eniз fit ignis cū ista nō fiāt sine igne. ¶ Sз notādū est de mō gnōnis:nā terra est p̄mista ꝛ nō pura ꝓpe extremitatē:sicut pз fodiendo ad terrā:q̄ hз ptes diuersaꝝ rōnū:q̄ sunt lapides ꝛ radices herbarū ꝛ multa talia ibi:ꝛ iō terra est porosa:sic q̄ pp multos poros in aliqbus ptibus accidit cōcauitas sub ipsa: qd̄ pōt ꝓbari per experiētias Senece.ꝛ qñqз expti est q̄ magne ciuitates ceciderunt sup terrā:qd̄ nō accidisset nisi fuissent ꝯcauitates.Etiā videm⁹ q̄ in plurib⁹ locis terre sūt magne voragines:ad q̄s intrat aq̄ pluuialis q̄ deꝑdit̄. Alias nō possem⁹ hic locū a quo veniret fontes.ꝛ iste ꝯcauitates sunt que cū nō possint esse vacue sunt replete aere vel vapore:ꝛ q̄ terra circūstās illū vaporē:ꝛ aereз est frigida:iō destruit caliditatē vaporis ꝛ ꝯdēsat:ꝛ q̄ vapor de se est humidus cū fuerit factus frigidus hз ꝓprietates aq̄ ꝛ fit aq̄:ꝛ hoc fit successiue p guttulas adherētes laterib⁹ cōcauitatū:ꝛ sic guttatim cōgregant̄ aque:ꝛ tādeз descendūt ad locū inferiorem: sicut grauia fluxibilia nālr descēdūt:ꝛ postea exeūt ad vnuз fontē:ꝛ sic fit fons:ꝛ ita silr videm⁹ in artificib⁹:sicut in elābico.i.tali instrō faciendi aquā vel in fornace vbi fit aq̄ ros. nā vapor ascēdit ad summitatē:ꝛ ꝓpter frigus vasis ꝛ aeris circūstātis vas vapor cōdensat̄:ꝛ statim descēdit. ¶ Et ꝯfirmat̄:q̄ sicut est in mūdo minori:puta in hoie sic est in maiori:sed in minori est vna ꝯcauitas:puta in capite ad quā cōcauitatē vapores eleuant̄ ꝛ cōuertunt̄ in aquā ꝛ stillāt p nares ꝛ p oculos. ¶ Sз diceres:q̄ fontes maiores fiunt in hyeme q̄ in estate:cū tñ sit calor maior in hyeme sub terra q̄ in estate.ḡ min⁹ deз ꝯuerti de vapore in hyeme q̄ in estate. ¶ Rñdet̄.q̄ ex quo est maior calor sub terra:iō plus de vapore eleuant̄:ꝛ plus ꝓportionalr cōuertit̄ q̄ in estate ēt vapores in estate p alias ptes terre exeūt:ꝛ sic nō trāseūt ad gnōnē fontiū:ꝛ ēt aer in estate est multū calidus ꝛ rarus sic q̄ nō pōt ita cito ꝯuerti in aquā sub ista ꝯcauitate:sicut in hyeme. ¶ Sз diceret aliqs:q̄re aliq fontes sunt acetosi:ꝛ aliqui non:dōm q̄ hoc est q̄ aq̄ trāseunt p loca vbi gñant̄ minere:sicut p loca vbi gñat̄ alumē:ꝛ sic isti sūt acetosi:ꝛ sic alij trāseunt per alia loca vbi gnānt̄ alia:ꝛ sic fm hoc gnānt̄ odores ꝛ sapores ꝛ alie q̄litates.Sз multa mirabilia refert Plinius in li° nālis hystorie lib.2° cap.160. Nam dicit de quodā fonte vel

Miracula fontium

lacu q est plenus vsqз ad margies:ꝛ q̄ntūcūqз exhauriat̄ manet plenus:ꝛ q̄ntūcūqз infundat̄ manet p̄cise. ¶ Iteз narrat de quodā flumine in cotono:q̄ si lignū ꝓiciat̄ intus:scito habebit corticē lapideā diu durātē.silr est de flumine vltra surrentū:in quo si ꝓiciant̄ virge vel aues lapidescent. ¶ Iteз est qdā fons in dondone Iouis q est frigidus:ꝛ si faces accēse imergant̄ extinguunt̄:sз extincte accēdunt̄:ꝛ in meridie semp deficit:ꝛ v̄sus mediuз noctis semp exuberat:ꝛ sic semper successiue deficit ꝛ replet̄. ¶ Itē dicit.q̄ in ylliriis supra fontē frigidū vestes expāse accēdunt̄. ¶ Itē est fons qui de die est frigidus:ꝛ de nocte calidissimus. ¶ Itē alius est itrogiscis qui vocat̄ fons solis fridus ꝛ dulcis in meridie:ꝛ postea ꝯtinue tepescit:ꝛ in medio noctis est valde amarus ꝛ calidissimus. ¶ Itē in insula tenedo est fons a 3° hora noctis vsqз ad septā q tēpore solstitij estiualis exundat.Et alius est padi:q̄ crescit in meridie in estate.Et ali⁹ est in delo insula q crescit ꝛ decrescit vt nilus.Et alij sunt in q̄dā isula maris calidi qui crescūt ꝛ decrescūt:vt mare. ¶ Itē est alius q oīb⁹ solstitijs est torrens:ꝛ in hyeme exiccat̄. ¶ Itē in solisto est fluius de quo si potaret̄ a bobus erūt albi. Et etiā est alius in Boetia q facit oues nigras esse albas.ꝛ ecōuerso. Et est ali⁹ fluui⁹ trāsiens p quosdā cāpos:ꝛ oues ibi pascētes hñt lac nigrū. ¶ Itē est q̄dā aq̄ q̄ vocat̄ affidiolla in liuēsis q̄ facit homines temulētos ꝛ ebrios. ¶ Itē alius est qui sapit vt vinū. ¶ Item est alius qui interficit homines sine dolore. ¶ Iteз in hispania sunt duo fontes:quoꝝ alter omnia eijcit proiecta in ipsum:sed reliquus omnia deglutit ꝛ absorbet. ¶ Item est qdam fons in quo qdā lapis magnus qui noie tyrus non submergit̄:sed pnatat:sed cāe oium istoꝝ difficulter pñt reddi a nālib⁹:ꝛ si vere sint opз recurrere in influētias celestes spāles sup spālia loca:ꝛ tales fontes nō sunt simplr aq̄:sз mixta iperfecta q̄ pñt multas v̄tutes hr̄e mirabiles ꝛ occultas.

Ad rōnes.

Ad p̄mā dōm:q̄ nō veniūt de mari ꝛ qñ di q̄ mare est mater aquaꝝ ꝛc̄.dōm q̄ h̄ di metaphorice. ¶ Ad aliā cū di modica ꝛc̄.verū est:sed tñ nō pōt trāsire vltra cētrū mūdi:ꝛ sic mare qd̄ est ex alia pte nō facit hic fōtes:posse tñ esset vbi aliq̄ ps terre eēt decliuior mari:sicut in egypto q̄ ibi aq̄ exiret per poros terre amisso vapore p tēpus:sed nō duraret. ¶ Ad aliā negat̄ ꝯñia.ꝛ cā visa est in p̄ma pte qōnis.Ad ꝓbationē.ex quo grauis est ꝛc̄. veꝝ est tñ nō ascendit pp grauitatē:sз pp alias v̄tutes sicut dictū est. ¶ Ad aliā.ꝯcauitates ꝛc̄.cōtra q̄ntuз est ex se ꝛ ex nā ꝓpria essent sicce:sз pp frigiditatē aduenientē:siue ꝓpriā humectant̄:ꝛ sic pp frigiditatē:ꝛ nō per siccitatē ex humida mā generant aquas fontiū. ¶ Ad aliā negat̄ añs.ad ꝓbationē p experiētiā cōcedit̄.sed tñ nō gnānt:ꝛ p̄mo p̄ncipalr ex pluuia. ¶ Ad aliaз cōfirmationē cōcedit̄.q̄ qñqз iuuāt ad maiorationē fluuioꝝ vel riuoꝝ:nō tñ opз q̄ generentur p̄mo fōtes ex pluuia. ¶ Ad aliā videm⁹ q̄ diu nō pluit ꝛc̄. cōcedit̄.tunc eniз aer est exiccatus:ꝛ nō pōt trāsire ad gnōnē fontiū. ¶ Ad aliā cōcedit̄.q̄ ex vapore vel aere:vel terra que est frigidior:ꝛ corrumpit caliditatē:ꝛ sic fit aq̄. ¶ Ad aliā qñ dicebat̄ q̄ aliqñ totus aer qui est aliqñ erit corrupt⁹ sic q̄ nihil eius erit aer.hoc negat̄.ꝛ simul nec est h̄ incōueniens:q̄ semp alique ptes generant̄ ex alijs ptibus elementoꝝ maiorū ꝛc̄.Et sic sit finis questionum p̄mi libri ꝛc̄.

¶ Incipiunt questiones perutiles scdi libri. Qō. I.

Consequenter querit̄ circa scdm libꝝ metheororuз Aristo.p̄mo vtꝝ mare qd̄ est in loco nāli aq̄ sit gnābile ꝛ corruptibile vel perpetuuз.Et arguitur p̄mo q̄ sit ꝑpetuū:q̄ oīa elementa sunt perpetua.ḡ ꝛc̄.ꝯñia tenet.q̄ nō magis vnū elemētū est ꝑpetuū q̄ aliud:ꝛ q̄ mare est in loco elementi aque opз mare esse ꝑpetuū.ꝛ añs patet ex p̄mo celi:q̄ celū est perpetuū:ꝛ alie ptes mūdi:sicut sunt elementa:nec etiā esset maior rō:quare magis in vna pte tēporis celo existe essent elīta q̄ in alia vel nō eēnt. ¶ Scdo nullū est:nec potuit:nec pōt esse gnōnis maris vel ꝓductionis p̄ncipiū.ergo fuit perpetuū.ꝯñia pз cū sit ꝛ nō sit ꝓdu- T.cō.10.

etiā.ergo ꝑpetuo fuit.aīs apparet:qꝛ nec celū potuisset tantā aquā genuisse:nec terra:nec aliqd aliud.ꝙ nō celuꝫ ꝓbaẗ:qꝛ nō esset rō quare magis in vno loco ꝙ̄ in alio cū sup oēm locum equalr moueaẗ:nec terra ꝓduxit totū mare:qꝛ tunc terra fuisset vndiqꝫ sicca si de nouo ꝓduxit mare cum nō esset ante:ꝛ silr eadē rōne.nec aliud ꝓduxit:qꝛ semꝑ terra fuisset ante sicca totalr. ¶ Tertio arguiẗ de loco maris ꝙ nō sit in loco nāli aque ꝙ suppoñiẗ in qōne:qꝛ si esset in loco nāli aq̄: tūc cū locus nālis aque sit centrū mūdi:seqẗ ꝙ ipsuꝫ esset in centro mūdi.ergo nō est circa terrā.ꝯñtia pꝫ.ꝛ aīs ꝓbaẗ:qꝛ aqua nāliter descendit ad centrū mūdi si nō ipediaẗ:cū elementum simplex nō moueaẗ nāliter extra locū suū nālem:sꝫ ad locū suū nālem:vt pꝫ p̊mo celi.etsi violenter moueret̃ sursū. ergo nāliter deorsum. ¶ Item si sic.seqẗ ꝙ nobis deficeret elementū aque.hoc est falsum.falsitas cōsequentis apparet

T.ob.14. 2° de gñōne:qꝛ opꝫ ista quatuor esse ex qbus alia fiant.ꝯñtia probaẗ:qꝛ mare est in loco aque:ꝛ cum aqua non sit alibi:ꝛ mare nō sit elementū sed mistū:ideo nobis deficit elementum aque. ¶ Itē si sic.tunc mare deberet cōtinue quiescere ꝛ nō cōtinue moueri.ꝯñs est falsum:ꝛ cōtra experientiā ad minus de mari occidentali.ꝯsequentia ꝓbaẗ:qꝛ si mare est in loco aque nō ibi violenter est:sed ad istū moueẗ cū fuerit extra.ideo ibi quiescit. ¶ Item tunc aqua deberet totaliter circundare terraꝫ in omni parte:qđ est falsum.ꝓbaẗ consequentia:qꝛ ignis totaliter circūdat aerem:ꝛ similr aer aquaꝫ ꝛ terrā:ideo etiā aqua debet circundare terram. Sed qꝛ mare est ex vna parte terre ꝛ nō circundat omnem terraꝫ:ideo mare nō est in loco naturali aque.

In oppositū est Aristo.in scđo huius in quo determinat de perpetuitate maris:ꝛ postea de loco.vnde dicit p̊mo de loco.quem eniꝫ videmus locum occupanteꝫ mare ille nō est maris:sed solū aque.in alio cap. post dicit.a sole eleuaẗ aqua sursuꝫ:ꝛ iteruꝫ descendit deorsuꝫ:ꝛ sic semper manebit mare ꝙ̄diu:hoc fuerit puta motus celi ꝛ solis.ex quo videẗ ꝙ perpetuo sit mare.

In ista questione p̊mo videbiẗ đ gñōne maris. 2° de magnitudine.3° de loco aque in quo dicitur esse mare.

Art.pm° **De primo** dicunt quidā antiqui ꝙ mare generaẗ ꝛ venit de fontibus sub ipso mari:qđ apparet falsuꝫ ex ꝓcedētibus:qꝛ fontes sunt altiores ꝙ̄ aqua fluēs ex ipsis fontibus. Alij dixerūt ꝙ venit ex tartaro sub terra:ꝛ hoc est iprobatum in lr̃a. ¶ Alij dixerūt ꝙ mare esset ꝑpetuū:ꝛ hoc est falsū:qꝛ quelꝫ pars eius est corruptibilis ꝛ corrumpeẗ. ¶ Alij dixerunt ꝙ esset creatū cū mundo sed illud Aristo.reprobat:qꝛ nō pōt reddi cā:quare tunc fuerit salsuꝫ. sicut est nunc:sed bene solueret̃ ratio Aristo.qꝛ post creationē maris ꝛ mūdi sol inceperat moueri circa mare ꝛ eleuauit vapores ꝛ exhalationes ex ipso qui postea cōuersi fecerunt mare salsuꝫ:iō nō fuit creatum salsuꝫ:sed sicut aqua dulcis.

Mare est gnābile ꝛ corruptibile. ¶ Sit ergo cōclusio responsalis ad scđam parteꝫ qōnis ꝙ mare est gnābile ꝛ corruptibile.ꝓbaẗ:qꝛ omne corpus nāle ꝛ māle est genitū ꝛ corruptibile:ꝛ nō perpetuuꝫ. Sed mare ꝛ quelibet pars eius est cōpositū ex mā ꝛ forma:ꝛ est nāle corpus ꝛ māle.igiẗ ꝛc̃.maior pꝫ:qꝛ mā est cā gnōnis ꝛ corruptionis.ergo oē māle est gnābile vel genitū:sꝫ minor pꝫ ad sensuꝫ.videmus.n.semꝑ ꝙ sol qñ moueẗ per lumen ꝛ caloreꝫ eleuat aliquas ꝑtes maris exiccādo ipsuꝫ mare:ideo corrumpiẗ in partib⁹.etiā videmus plures ꝑtes genitas fluuiorū intrare mare.ꝛ silr plures ꝑtes pluuiaꝝ:ꝛ silr est in alijs elnt̄is:ꝛ tñ semꝑ manebit aliqđ maris:sed ꝓpter silitudineꝫ generantis cū genito extimamus ipsuꝫ mare manere:sicut homines estimant ꝙ sit vna flāma candele a p̃ncipio cōbustionis vsqꝫ ad finē ꝓpter nimiā silitudinē:ꝙ̄uis cōtinue sit alia ꝛ alia ꝛt aliā ꝓpter nimiā diuturnitatē ꝑpetua existimantur:

sicut qdā lapides ꝛ aurū:ꝛ tñ oīa talia corrūpunẗ ꝑm ꝑtes:vñ verisile est ꝙ non sit aliqua pꝰ aque in mari nunc que fuit ante mille annos:ꝛ sic silr est de aere ꝛ alijs elemētis. ¶ 2° ꝯclo.ꝙ mare cōtinue ꝑ maiori ꝑte gñaẗ ex fontibus ꝛ alijs fluuijs:seu gñātur in illo vbi illa gñānẗ.s.fontes ꝛ fluuij pluuie.ꝓbaẗ:qꝛ nō pōt aliqs alius modus gnōnis aque in magna copia assignari:nisi altero istoꝝ:ꝛ cū mare sit aque magna copia:seqẗ ꝙ altero istoꝝ duoꝝ modoꝝ vel istis duob⁹ modis gnātur.ꝯñtia pꝫ.ꝛ aīs quo ad p̊mā ꝑtē pꝫ discurrendo oēs modos:sicut pꝫ p Ar.qui istos intendit in p̊ hui⁹:nec pōt aliqs dicere ꝙ vnū elntū agat in alia elnta cōuertendo illa in se:nō.n.pōt aq̄ ex terra supposita facere totā aquā in tanta copia:qꝛ alr iam terra eēt ꝯsumpta:ꝛ mare ꝯtinue ingrossaẗ:qđ pꝫ cū fiat salsuꝫ:iō plus de terra fit ex mari ꝙ̄ eꝯ. nec aerē pōt ꝯuertere:qꝛ nisi aer fuerit cōdēsatus ꝛ inclusus semꝑ recederet sursuꝫ ab aq̄ anteꝙ̄ ꝯuertaẗ:ꝛ iō ex aere in cōcauitatib⁹ montiū fit hrī aq̄ que fluit ad mare. ¶ 3° ꝯ est.ꝙ mare est corruptibile ꝛ quelꝫ ei⁹ pꝰ:qꝛ nō est mā p̃ᵃ:vt pꝫ ad sensuꝫ:qꝛ ꝑ calorē solis continuo eleuanẗ vapores de mari:ꝛ sic forma maris corrūpiẗ ꝛ vapor gñātur:ꝛ ꝑꝑ illud ꝯtingit ꝙ apparet semꝑ quasi equalis magnitudinis quicūqꝫ fluuij magni intrent mare continue.

Art.2° de magnitudine. **Nunc** de magnitudine maris est dōm de qua aliqualr est dictum in qōne de ꝓportione elntoꝝ ꝙ aqua maris sumēdo eaꝫ pro elnto aque esset minor magnitudine terre.ꝛ hoc ꝓbaẗ ibi ꝑꝑ ꝓpinquitatē supficiei maris ꝯuexe ad centrū mūdi maiorē ꝙ̄ sit ꝓpinqtas supficiei terre. Et tñ qdā opinanẗ ꝙ mare cū terra facit vnū pōdus:cuius aggregati centrū grauitatis est idē cū centro mūdi:sic ꝙ cētrū grauitatis terre nō sit in cētro mūdi:nec centrū grauitatis aque:nec magnitudis:elꝫ centrū grauitatis ex his ambobus aggregatū sit. Et ꝙ̄uis illud sit ꝓbabile ꝛ forte:verūtñ qꝛ ꝑm experientiā videmus ꝙ vnus pugillus terre ꝓiectus ad mare descēdit ad cētrū mūdi:nō obstāte ꝙ mare sit graui⁹ illo pugillo terre:iō tota terra moueẗ ad mediū mūdi:nec sic totalr ipediẗ ab aq̄ ꝙ fiant ambo eccentrica:nec latitudo terre impediret:qꝛ ꝑ eadē foramina ꝑ que fluuij irrāt mare ꝑ eadeꝫ pōt exire ꝛ circūfluere terrā:sicut circūfluiẗ pugillus terre:ꝛ iō verisilr puto ꝙ centrū grauitatis terre sit in centro mūdi vel ꝓpe:ꝛ ꝙ terra ex illa ꝑte vbi est aq̄ sit multū grauior ꝙ̄ sit terra ex ista ꝑte:ꝛ aq̄ ꝙ̄uis sit nālr grauis:tñ est min⁹ grauis terra:ꝛ iō super istā ꝑtē terre grauiorē manet aq̄:ꝛ ista leuior pꝰ supnatat:vñ maior pꝰ terre est circūfluxa aq̄s:ꝛ minor pꝰ derelicta est sicca. Vñ qdā imaginanẗ ꝙ sicut in minori mūdo puta in hoīe ꝙ pꝰ tecta maior est puta vestimentis:sꝫ nobilior pꝰ est nuda puta facies sic est de maiori mundo puta ꝙ terra est coopta aq̄ ꝑ maiori ꝑte:sꝫ vna pꝰ tanꝙ̄ facies remanet respiciēs celū. ¶ Ex isto pꝫ solo antique dubitationis.ꝙ ꝙ̄uis fluuij irrēt mare:tñ nō appet mai⁹ cōpleto anno ꝙ̄ in p̃n⁹:ꝛ rō est:qꝛ mare est ita spansuꝫ ꝛ latū ꝙ sol ꝛ astra ꝯtinue mota circa ipꝫ exiccant ꝓportionalr tātū vel plus qñqꝫ ꝙ̄ sit aq̄ subintrātis:cui⁹ sile ponit Ar.qꝛ si qs sumat siphū aq̄ spargēdo sup mēsaꝫ in radios solis valde cito exiccaẗ:ꝛ multū citi⁹ ꝙ̄ si tātū de aq̄ i isto sipho sil̄ staret sub eisdē radijs. Et sic imaginādū ē de mari cū sit ita late extēsū circa terrā. ¶ Itē ad corruptionē maris iuuat mot⁹ maris ꝛ vēt⁹:ꝛ ēt q̄dā ꝑtes sbibūt terrā ꝛ exiccāẗ:ꝛ sic cōrūpūẗ.ꝙ ꝛc̃.

Art.3° de loco maris. **Nunc** de loco maris est dōm. Et fuit vna opio ꝑm ꝙ iā tactū est:ꝙ tā terra ꝙ̄ aq̄ eēnt eccentrice mūdo:ꝛ ꝑꝑ hoc ponebāt terrā i vna ꝑte discooptā:ꝛ ponebāt vtrūqꝫ istoꝝ esse sphericū:sicut satis tactū est. ¶ Sꝫ ꝯ.qꝛ si vn⁹ pugillus terre submergereẗ sic.ꝛ tota terra submergereẗ:ꝛ sic nō supnataret. ¶ Itē arguiẗ ad istud mathematice:qꝛ seqẗ ꝙ pꝰ terre que remanet sicca:esset figure circularis.ꝯñs est falsuꝫ ꝑm oēs astrologos:ꝛ ipsuꝫ Cōmētatorē 2° celi.qꝛ ab

oriente habitabili vsq3 ad occidentē habitabilē est multo lōgior distātia q̄3 sit a septētrione vsq3 ad austrum ꝙ declarat Cōmentator:q2 in extremitatib⁹ orientis ⁊ occidētis gn̄ant elephātes:qȯ nō esset nisi silis influētia celi esset super istas ptes:iȯ nō multū distāt ⁊ pn̄t appere ambo:⁊ ꝯn̄a p3.ex nā spherarū:q2 si vna sphera secaret:vbiq3 ps accepta erit circularis quātū ad circūferentiā.Etiā oporteret ꝙ vna gutta aq̄ posita in vna pte parua terre:sic se haberet sicut ⁊ tota aqua qȯ est falsū.¶ Alia ꝯclo est.ꝙ centrū grauitatis toti⁹ terre est idē cū centro mundi:⁊ est centrū circa qȯ quiescit aqua ⁊ ad qȯ mouet appropinquādo q̄ntū pōt:⁊ hoc p3 ex p̄dictis: vn̄ imaginandū est ꝙ si tota terra nō esset ⁊ tota aqua esset circa centrū mūdi:⁊ postea ad aquā submergeret grauior ps quousq3 centrū grauitatis esset idē cū centro mūdi:⁊ sic tūc talis sphera terre esset difformis grauitatis:ita ꝙ vna quarta ps esset grauior q̄3 totū residuū:tūc talis remaneret ꝓpe centrū ⁊ alie tres quarte superi⁹:⁊ sic contingere pōt ꝙ vna pars esset extra aquā ꝓpter hoc ꝙ eēt min⁹ grauis alia pte. ¶ Alia ꝯclo.ꝙ locus nālis aque est ibi vbi nūc est mare.ꝓbat:q2 oīs aqua ad istū locū mouet:puta mare.ergo ⁊c̄.ꝯn̄a t3:q2 aqua ⁊ alia elēta mouent ad loca sua nālia.an̄s p3 per experientiā ⁊ ꝑ aliaꝝ aquaꝝ nām que sic fluunt circa terram vsquequo situ ad mare habeant.¶ Sed circa hoc dōm est parū de motu maris nec intēdo de fluxu ⁊ refluxu maris:s3 de alijs motibus qbus pōt moueri:vn̄ qn̄q3 mouet ⁊ quasi semper ꝑ ventū hinc ⁊ inde:⁊ tūc mouet ad oēm diiaȝ motionis fm ꝙ vētus ducit ptes eius:⁊ ideo ita cū ꝯtingit aliq̄s ptes maris qn̄q3 eleuari ⁊ ꝓuci sup terrā siccaȝ intātū ꝙ in qbusdā locis fit inundatio ⁊ diluuiū particulare ad quē locū tales ptes maris cōfluunt eleuate.¶ Alio mō mouet mare ad locū decliuiorē si sit alicubi eleuatum:⁊ sic qn̄q3 dimittit vnā ptē terre ⁊ fluit sup aliā:⁊ hoc cōtingit ꝓpter modos tactos:q2 terra ꝓpter sui raritatē:qn̄q3 in vna pte est magis leuis vbi est plus rara:⁊ iȯ q2 alie partes de nouo pn̄t fieri nimis graues ⁊ alie grauiores q̄3 ante:iȯ mare fluit super vnā ptē3 grauiorē dimittēdo aliā:⁊ istum modū tangit Aristo.in lr̄a.ꝙ alique partes terre que nunc sunt habitabiles:postea erunt circūfluxe ⁊ inhabitabiles.⁊ istū modū narrat Ouidi⁹ ꝙ in quodā monte fuit inuenta anchora sub terra ꝙ erat signū ꝙ qn̄q3 ibi fuit mare.¶ Tertio mō mouet sicut fluuij fluunt:⁊ hoc tangit Aristo.in lr̄a cū dicit.punctus fluit in mari.Et ex hoc sit p̄ma ꝯclo.ꝙ mare cōiter fluit ⁊ moueatur ab aquilone ad austrū:qȯ ꝓbat:q2 in aquilone est mare multū eleuatū:⁊ in austro multū bassū:⁊ iȯ cū aqua fluat ad locū decliuiorē seq̄t ꝓpositū:⁊ an̄s quo ad p̄mā partem p3:q2 in aquilone est magna frigiditas:ideo ibi gn̄at aqua ⁊ sunt ibi montes ⁊ cōfluunt fontes ⁊ fluuij:⁊ tn̄ nō cōsumuntur aque ꝓpter dfectū caloris solis:iȯ op3 ꝙ multe aque ibi maneāt: iȯ mare est ibi multū eleuatū a centro mūdi:sed apȯ austrū cōtinue mare exiccat ꝑꝑ nimiā vim solis:iȯ sit ibi bassum. ¶ Scd̄a ꝯclo.ꝙ pōle est ꝙ i qbusdā locis fiat ecōuerso ꝑ ꝑ aliqȯ ipedimētū:q2 pōle est ꝙ aqua ꝑꝑ nimiā caliditatē sub via solis intātū rarefiat:⁊ extēdat sic ꝙ ab austro ad septētrionē moueat:⁊ sic dr̄ in quodā tractatu de fluxu ⁊ refluxu maris ꝙ sub via solis aqua bulliat in altū:⁊ sic cōuenit fieri fluxū maris ecōuerso.Et istud dicet in alijs qōnibus.

Ad rōnes. Ad p̄mā elementa ⁊c̄.cōcedit ꝙ sunt fm spēm ꝑpetua:⁊ sic est de mari.¶ Ad aliā dicit ꝙ stāte opinione Aristo.tunc nūq̄3 totū mare fuit ꝓductū:p̄mo cu3⁹mundus fuisset ab eterno ⁊ mare:⁊ iȯ sicut nūc est sic ab eterno fuit mare:l3 nō idē nec totalr̄ nisi quis velit dicere ꝙ nūc esset p̄mo ꝓductū:hoc mare totū cathegorice: q2 hoc totū nunq̄3 post fuit ꝓpter istā partē:que nūc de nouo apposita est per generationē:⁊ ꝓpter hoc nō sequit ꝙ totū3 mare sincathegorematice sumendo sit ꝓductu3.¶ Ad 3ᵐ de loco maris.negatur ꝯsequētia terra existēte grauiori aq̄. ¶ Ad ꝓbationē:q2 tunc aqua descēderet per grauitatē.Dr̄ ꝙ nō:q2 nō est magis grauis:⁊ ꝑ eādē grauitatē nāliter ascēderet si esset magis graue q̄3 ipsa:⁊ si nō per grauitatē ascendit tamen ꝑ aliam virtutē quā habent corpora nālia minus grauia.s.ꝙ cedūt magis grauibus descēdētibus.¶ Ad 4ᵐ cōcedit ꝙ sic nobis deficit ꝙ nos nō habemus ipsu3 totum purū ⁊ sine permistiōe:sicut forte habemus ignē in sua sphera purū vel oīno nullū habemus purū elementū qn sit permistū:nec vnq̄3 fm opinionē Aristo.elemēta fuerūt pura si mundus durauit ab eterno:⁊ hoc sufficit ad habēdū elementum aque puta impurū pro puro.¶ Ad aliā cum dicitur ꝙ mare ⁊c̄.concedit si nō fuerit defectio ⁊ consumptio in vna parte maris q̄3 alia modo ex quo sic fit nō potest quiescere. ¶ Ad aliā concedit stante difformitate terre in grauitate ⁊ densitate ⁊ raritate.¶ Ad probationē:q2 tunc ignis ⁊c̄.dico ꝙ nō est simile:q2 aer manēs aer nō potest fieri leuior igne: nec ēt ita leuis ꝙ per aliquas partes cōpellat ad superius: sicut terra ex vna parte pōt esse parum grauis sic ꝙ ꝓpter nimiam grauitatē alterius partis detineat superius ⁊ altius q̄3 aqua sit:sed sic nō est de aere respectu suaꝝ ptiū:⁊ de igne ⁊ alijs elementis:quare ⁊c̄.

Questio. II.

Queritur scd̄o vtrū mare fluat in vno tēpore ⁊ refluat in alio.Et arguit ꝙ nō:q2 si sic:vel flueret ad vnam differētiā positionis:⁊ nō ad aliam vel ad oēm:sed nullo istoꝝ modoꝝ.igit ⁊c̄.ꝯn̄tia p3.sed an̄s quo ad p̄maȝ partē p3 sufficienti diuisione:quo ad scd̄am ptē ꝓbat. nō enim fluit ad vnā ptē ⁊ nō ad aliam:q2 oppositū experitur:videmus.n.in litore ꝙ tam ptes orientales maris q̄3 occidentales erunt iplete:ideo nō fluit ad vnaȝ diiam positionis trium:nec ad oēȝ:q2 vnū ⁊ idē tūc flueret motibus ꝯrarijs:qȯ est falsū:q2 tunc esset in locis diuersis ⁊ ꝯrarijs:qȯ nō est nālr̄ possibile.¶ Et ex alio:q2 si flueret ad oēm diiaȝ positionis. tunc nō flueret semꝑ ad septētrionē ab austro:cuius oppositū dictū est in priori questione.ꝯn̄tia t3:q2 semꝑ flueret ab oriēte ad occidenteȝ ⁊ ecōuerso.¶ Scd̄o ad idē cu3 isti motus sint cōtrarij.ergo erit qes intermedia.ꝯn̄a p3 ex 7° ⁊ 8° physicoꝝ.⁊ ex cōsequēte sequit oppositū3 qōnis ꝙ tempore quietis intermedie nō fluit ad vnā pte3 nec ad aliā:imo nō semꝑ fluit in vno tēpore ⁊ in alio refluit:qȯ fuit ꝓbandū.¶ Tertio si sic.vel naturalr̄ vel violenter:sed nullo istoꝝ modoꝝ. igit ⁊c̄.ꝯn̄tia tenet.an̄s quo ad p̄maȝ partē ꝓbat sufficienti diuisione:⁊ quo ad scd̄am ꝓbat:q2 mare est graue:ergo motus eius naturalr̄ est deorsū:⁊ nō ad latus:nec etiam violenter:q2 tunc nō semper sic moueret:q2 nullum violentum est perpetuū p̄mo celi.¶ Quarto mare est in suo loco naturali, ergo nō fluit nec refluit.cōsequentia p3:q2 simplicis in loco naturali non est aliquis motus:sed antecedens p3 ex priori questione.Et ex alio:q2 ad illum locū flueret mare si fuerit extra:⁊ hoc naturaliter.ergo ille est locus nālis.¶ Quinto alia elementa nō fluunt nec refluunt:ergo nec mare.ꝯsequētia tenet per simile:⁊ antecedens apparet per experientiam. ¶ Sexto mare mediteraneū nō sic fluit nec refluit:de quo tamen magis videretur.ergo nec alia.ꝯsequētia patet.p̄mo: q2 partes maris sunt eiusdē rationis:ergo motus qui conuenit naturaliter vni ꝯuenit ⁊ alteri:⁊ qui nō conuenit vni nec alteri.an̄s p3 ad experientia3.¶ Ite3 alie aque sicut fontes ⁊ fluuij nō sic fluunt nec refluunt.ergo nec mare.ꝯn̄tia t3:q2 que causa sic in mari eadem esset sic in alijs aquis:cum sint continue cum mari.antecedens apparet per experientia3 de riuis ⁊ riuulis:quare ⁊c̄.

In oppositum est Aristo.in litera in isto 2° vbi dicit.Fluit aūt mare ⁊ videt fm angustias:⁊ postea dicit:huc ⁊ illuc.

T.cō.68.

T.cō.25.

In ista qōne pmo ponende sunt distinctiones: deinde cōclones. tertio declarādū quō fiat fluxus ⁊c. ¶ De pmo notandū ꝙ mare fluit multiplr. pmo mō de septētrione in austrū de quo dcm̄ est in pcedēti qōne. ¶ 2ᵒ per ventū ⁊ de isto dicebat̄ prius. ¶ 3ᵒ mō fluit sic ꝙ bis in die nāli vel modico maiori tēpore maiorat̄ valde notabiliter: ⁊ postea decrescit ⁊ refluit ⁊ de tali fluxu ⁊ refluxu querit ista qō: ⁊ nō de alijs motibus. ¶ Ulterius notādū ꝙ talis fluxus nō ꝯuenit oībꝰ maribꝰ: sed solū mari occeano: ⁊ hoc maxie notabilr: qꝛ si qbusdā alijs maribus hoc cōuenit nō est notabilr nec sensibilr: vn̄ experimur de mari occidentali qn̄ luna oritur sup oriçontē existentē in occidentalibus partibus tunc mare incipit moueri fluere ⁊ augeri quousqꝫ luna veniat ad lineā meridionalē siue meridianā illiꝰ regionis vel ꝑpe: ⁊ postea luna declinante a linea meridiana vsqꝫ ad punctū occidētis: tunc refluit mare ab illis locis vsqꝫ ad punctū a quo venit. ⁊ postq̄ mouet̄ ab occidente descēdēdo vsqꝫ ad oppositū punctū meridiei: tunc iterꝫ mare crescit in occidēte: ⁊ quādo recedit pcedēdo ad oriens: tunc mare decrescit sic ꝙ in tanto tēpore in quanto luna venit de oriente iterū ad oriens per occidēs mare bis fluit ⁊ refluit: ⁊ hoc tēpus est longiꝰ q̄ dies nālis intātū inq̄tū est dies ortus arcus descripti per lunā cōtra firmamētū motu ꝓprio: ⁊ hoc plus q̄ sol: ⁊ iō in mēse sunt duplo plures fluxus ⁊ refluxꝰ maris q̄ dies nāles exceptis duobus diebus cū dimidio: ⁊ hoc ꝓꝑ motū ꝓpriū ipsius lune cōtra firmamētū: ⁊ als essent precise tot quot dictum est: ⁊ illud pōt haberi per experientiā: sed tñ qñqꝫ ꝓꝑ diuersitatē tēporū anni diuersificat̄ fluxus fm magnitudinē ⁊ paruitatē: qꝛ in autūno: ⁊ in hyeme sunt maiores fluxus q̄ in estate: ⁊ qñqꝫ nō ita manifeste apparent determinate fieri fm cursuꝫ lune: sed anticipatur luna: quandoqꝫ per fluxum ⁊ econuerso: sed tamen non multuꝫ sensibilr. Et de isto est questio nunqd semper ita fit.

Tunc sit prima ꝯclō ꝙ luna ꝓpter vim vel influentiam quā hꝫ sup mare occeanū cū alijs ꝑtibꝰ celi est cā eleuationis aquaꝝ ꝑtiū maris ⁊ rarefactiōis eaꝝ. ista ꝓbat̄. Illud est cā quo posito ponit̄ aliud. s. effectus: ⁊ quo remoto remouetur: ⁊ mō sic est de luna ⁊ de alijs ꝑtibus celi: q̄re ⁊c. maiorꝑꝫ per diffōnē cāe: qꝛ ad eius esse seqt̄ aliud. ergo ⁊c. sed minor ꝓbat̄: qꝛ si luna nō ascenderet nō fierent talia: nec apparerēt: et si nō descēderet. nā alie stelle quecūqꝫ ascēdūt qñqꝫ super oriçontē: ⁊ tñ mare descendit vel refluit: ⁊ ex ista ꝯclone pꝫ ꝙ luna spālr respicit occidens vel ꝑtes occidētales: qꝛ ibi ꝯtingūt eius effectus nobiliores: ⁊ ex hoc appꝫt ꝙ homines occidentales magis respiciunt̄ a luna alijs hoībus: iō magis ⁊ magis mutabiles sunt inuenti. ¶ Scđa ꝯclō. ꝙ luna est cā refluxus maris mediate vel imediate. ꝓbat̄: qꝛ mediante lumine suo ⁊ mediantibꝰ vaporibꝰ quos eleuat in ꝓfundo maris per spālē influentiā quā sibi influit: ⁊ cū lumine ⁊ mediātibꝰ ꝑtibꝰ maris refractiuis: ⁊ mediātibus refractionibꝰ post quas cōsequit̄ fluxus: sicut ignis ꝑ calefactioneꝫ calefacit aquā: ⁊ ista calefacta rarefacit. g seqt̄ ꝙ luna sit cā mediāta. ꝯñtia tꝫ. ⁊ añs docet expientiā. ¶ Ex istis duabus ꝯclonibus pꝫ 3ª rñsalis ad quesitū. s. ꝙ mare in vno tēpore fluit ⁊ refluit in alio. ꝓbat̄: qꝛ luna que est cā fluxꝰ ⁊ refluxꝰ semꝑ mouet̄: ergo mare semꝑ fluit ⁊ refluit. ꝯñtia tꝫ ꝑ diffōnez cāe: sed añs pꝫ ad sensuꝫ. Et ex ꝯclone pma ⁊ scđa.

De mō fluxus ⁊ refluxꝰ maris. Linconiēsis sniā.

Tunc quātū ad 3ᵐ de mō quo fiat. Juxta qđ notandū ꝙ Linconiensis in libro de radioꝝ refractione dicit ꝙ luna qn̄ orit̄ sup oriçontē mittit radios oblique incidētes super supficiē maris occeani: ⁊ qꝛ radij ꝯdensiori mō occurrunt franguntur: ⁊ aliquas ꝑtes maris rarefaciunt ⁊ eleuant: ⁊ sic mare incipit tumescere: ⁊ quāto magis accedit ad mediū celi vel ad meridianū: tanto radij sunt ꝓpingores perpendicularī: ⁊ iō cōtinue plus ⁊ ꝓfundius rarefaciūt aliquas ꝑtes ⁊ sic cōtinue mare erit maius: sed per lumen suū: qꝛ nō sufficit tales ꝑtes rarefactas vlteriꝰ rarefacere vel eleuare. ergo frigiditas aq̄ maris dnat̄ ⁊ cōprimit̄ ⁊ ꝯstringit eꝫ tales ꝑtes: ⁊ iō aq̄ descēdit ⁊ eꝯ: ⁊ iō mare refluit. Sꝫ de cā qn̄ luna est sub oriçonte v̄sus occidēs qn̄ crescit dicit ꝙ luna tūc radios suos diffundit ad celū ⁊ a densitate celi reflectunt̄ ad mare: ⁊ iterꝫ faciunt idē qđ prius: ⁊ postea iterꝫ ꝑ frigiditatē reuertit̄ aqua. ¶ Sꝫ ista cā est debilis: qꝛ videmꝰ ꝙ luna debilr illuminat oriçontē nostrū: ⁊ sic scimꝰ ꝑ expientiaꝫ ꝙ qn̄ magis luminosuꝫ remouet̄ ab aliquo pūcto quē illuminat tanto remissius erit lumē vel tādē nullū mō celū: vel ēt 8ª sphera si eēt in infinitū dēsius q̄ calibs: tñ tātū distat a luna ꝙ q̄si nulli radij de luna ꝑtingūt quo ad oppositā ꝑtē: ⁊ si ꝑtingūt nō eēnt ita fortes ꝙ possent reflecti ad mare faciēdo aliqd ibi. Et lꝫ sit ꝓbabile ꝙ luna sit cā vt dcm̄ est: tñ cū expiētijs pōt hō aliquātulū expiri si sic eēt: qꝛ capto vno dolio magno aq̄ maris occidētalis q̄si pleno: si per radios lune rarefieret sic oporteret istā aquā intātū rarefieri ꝙ exiret de dolio: qđ nullus est expꝑtꝰ. ¶ Itē nō vꝫ lunā ꝑ radios sic refractos posse rarefacere: cū radij sint ita debiles: vt appꝫt hic: ꝙ milesies ꝑ specula ꝯgregati ⁊ reflexi nō facerēt minimū calorē sensibileꝫ: iō nec refracti in mari pñt rarefacere ꝓꝑ debilitatē: qꝛ rarefacere cōseqt̄ calefactionē: ⁊ qꝛ luna nō calefacit sensibiliter: iō nō rarefacit: ⁊ ēt qn̄ dꝫ ꝙ nō sufficit vltra: qꝛ aqua est frigida: iō reuertit̄ ⁊ cōdensat̄: ⁊ sic dicam in pnᵒ ꝙ tunc aq̄ est magis frigida: qꝛ tūc nec a lumie lune est calefacta nec remissa in frigiditate: hoc igit̄ nō vꝫ eē ꝑ talē motū radioꝝ. ¶ Et iō aliq dicunt ꝙ luna ⁊ stelle qbus luna coniungit̄ habeāt aliquas spāles v̄tutes: qbꝰ mediātibꝰ sic influūt fm diuersos aspectꝰ diuersimode nūc rarefaciēdo: ⁊ postea dimittēdo actionē suā: ⁊ sic iterꝫ ꝯdensat̄: ⁊ hoc erit fꝫ diuersos angulos celi fꝫ ꝙ planete ⁊ stelle hñt diuersas v̄tutes. Sed tñ si esset ita verꝫ possemꝰ in vno dolio ꝑtē experiri: cuiꝰ experientia nō est vera.

Propria opinio.

¶ Puto g ꝓbabiliꝰ eē fꝫ ꝙ tactū est in ꝑori qōne ꝙ sol q mouet̄ semꝑ iter duos tropicos: ⁊ sic mare suppositū semꝑ respicit ꝑpendicularibꝰ radijs q sunt valde calefactiui sicut appꝫt. cū g radij oblique cadūt in estate hic calefaciūt aquā fluuioꝝ ⁊ maris: iō cum magis ꝓping radij ꝑpendiculares sint fortiores. seqt̄ ꝙ ꝑpendiculares multum calefaciūt: ⁊ iō aq̄ supposita soli recte ebullit: quēadmodum aq̄ in olla ꝓpe ignē ipsa bulliēte occupat maiorē locuꝫ: ⁊ sic alique aque cedunt: ⁊ ꝯtinue talis ebullitio pcedit ab oriēte in occidēte: ⁊ sic ab ortu diei vsqꝫ ad meridiē appꝫbit fluxꝰ: ⁊ qꝛ ꝑ talē ebullitionē multā de aqua subtili euaporat: iō infrigidat luna vapores ꝓpe septētrionē aliter v̄sus septētrionē cū hꝫ virtutē creatiuā aque ⁊ augmētat mare: qꝛ ibi sol etiā nō est fortis ad eleuādū vapores. ⁊ sic mare erit plenū circa meridiē ꝓꝑ rarefactionē ex vna ꝑte: ⁊ ꝓꝑ gnōnem ex alia: qꝛ sol declinat ab oriētalibꝰ partibꝰ post meridiem ⁊ illa aqua maris ⁊ versus oriētē dimittit ebullitionē: ⁊ sic aqua maris replet cōsumptionē ibi factam: ⁊ sic mare refluit: ⁊ iterꝫ post occasuꝫ sol rarefacit alias ꝑtes circa quas tunc est: ⁊ ille rarefacte: tūc occupāt maiorē locū: ⁊ sic mare auctū per lumina iterū replet̄: ⁊ recedēte sole iterꝫ refluit vt prius: ⁊ cū hoc tam in oriente q̄ in occidēte q̄ vbiqꝫ: lꝫ in oriente nō expimur: tum ꝓpter altitudinē maris: qꝛ est ibi maximū frigus ⁊ ꝓpe locū gnōnis aquaꝝ: tum ꝓꝑ magnitudinē maris cui si modica fiat additio nō statim appꝫbit: sꝫ in mari occidētali melius appꝫbit: qꝛ vie maris sunt ibi stricte: sicut inter angliā ⁊ flandriā: ⁊ inter galliā ⁊ hispaniam: ⁊ hoc videt̄ velle Arist. in litera. vt allegatum fuit post oppositū.

Ad rōnes. Ad pmā dōꝫ ꝙ aliqué ꝑtes maris magis apte sunt ad recipiendū influentias ⁊ alie minus: ⁊ sic ab aliquo puncto signato fiet remotio partiū ad oēs dīias per rarefactionē sine tali dissolutione cōtinui: ⁊ iō

alie partes

alie ptes circu͂stantes que nõ sunt ita fortiter rarefacte manent: ꝛ sic mare ascẽdit litora. ¶ Ad pbõnẽ dõz est ꝙ nõ: imo vna est ꝓpinquior agẽti: iõ ibi melius fit ꝙ̃ alibi. ¶ Ad aliã negaꝛ añs. Ad pbõnẽ dĩ ꝙ verꝫ ẽ .s. ꝙ nõ simplr p vnã solã virtutẽ est vnius solus motus: sed si aliq̃ virtus spãlis sibi influaꝛ tũc p istã põt multiplr agere ꝛ aliter ꝙ̃ p aliaꝫ. mõ sic est de mari: ꝛ sic nãliter moueꝛ: quã virtutẽ hꝫ a celo. ¶ Ad 3ᵐ ꝯcediꝛ ꝙ quiesceret p suã grauitatẽ qñ eẽt in loco nãli: sic ꝙ nõ posset approximari aliqͦ agẽs: sꝫ alr non. imo aliqͦ põt in vno loco meli⁹ ꝛ minus bñ collocari s̃m diuersas ptes loci: ꝛ ẽt p spãlẽ ĩfluẽtiã põt aliqͦ moueri diuersimode ꝛ nõ quiescere. ¶ Ad aliã negaꝛ silitudo. ¶ Ad aliã qñ dĩ de mari mediterraneo: dĩ ꝙ ibi nõ influit sol ꝛ luna sicut alibi: ꝛ si ĩfluit: ĩfluit pp nimiã latitudinẽ maris. mõ nõ est maᵐ vtrũ augeaꝛ vel nõ. pñt ẽt eẽ voragines sub tali mari sic ꝙ pp nimiã grauitatẽ tales aq̃ maris nõ pñt eleuari ita supius aq̃ sed rarefit inferius: ꝛ tales voragines faciũt augeri ꝛ multiplicari aquã maris versus occidẽtẽ: sic ꝙ aq̃ illa effluat in magno ĩfluxu maris ꝛ ĩfluxu effluat: sicut ꝯtingit inter angliã ꝛ flãdriã ꝛ in alijs locis. ¶ Ad aliã negaꝛ similitudo: qꝛ nõ sunt ibi supposite sic soli nec lune sicut mare. quare ꝛc̃.

Questio.III.

TErtio querit̃ vtrũ totũ mare debeat esse salsum ꝛ amaꝝ. Et arguit̃ p̊ ꝙ nõ. qꝛ nullũ mare est calidũ ꝛ siccũ. g̃ ꝛc̃. ꝯña tenet. añs quo ad p̊mã ptẽ pꝫ: qꝛ cũ mare sit fridum ꝛ hũidũ. g̃ nõ põt eẽ calidũ ꝛ siccũ: qꝛ si sic: contraria eẽnt sil' in eodẽ: qͦ eẽt ĩpoĩe. añs quo ad 2ᵐ ptẽ pꝫ: p gnõnẽ salis cũ gñeꝛ solũ ex sicco ꝛ adusto terrestri. g̃ est calidũ ꝛ siccũ: ꝛ sic ẽt salsum. ¶ 2° si sic. h maxĩe vĩ ex eo qͦ alicubi sal dñberet gñari qͦ ꝓijceꝛ ad maꝛ ex q̊ fieret salsuꝫ. h est falsum. ꝯña tꝫ: ex quo mare nõ est in se salsum qñ ꝓducit̃ ꝛ gñaꝛ: iõ si dꝫ fieri salsum: opꝫ fieri p ꝓiectionẽ salis in ipo mari: sꝫ falsitas ꝓbaꝛ inducẽdo de modis. de quibus dĩ in hoc libro: pp qͦ mare fiat salsum cũ necubi fiat locus gnõnis salis ꝙ sal ꝓijceret ad mare. ¶ Tertio. mare aliud nõ est ꝙ̃ aq̃ riuorũ ꝛ fontiũ ꝯgregatio. mõ ille nõ sũt salse sꝫ dulces. g̃ seqꝛ ꝙ mare nõ debeat eẽ salsum. ꝯña pꝫ. ꝛ añs ex p̊oꝛib⁹ qõnis. ¶ Quarto. si mare eẽt salsum tũc valde cito deberet fieri dulce: sꝫ h est falsum. ꝯña tꝫ: qꝛ videm⁹ per experiẽtiã hic. ꝙ si aliq̃ aq̃ sit admista cũ sale cui admisceantur dulcia statiꝫ recedit salsedo: ꝛ sic fit dulcis ex toto aggregato: ꝛ sic erit de mari cũ admisceꝛ dulces aq̃. ¶ Quinto si sic. tũc mare eẽt admistũ ꝛ nõ purũ elemẽtũ. h est falsuꝫ: qꝛ tũc nõ hẽrem⁹ elñtũ aq̃ cũ mare debeat eẽ elñtũ aq̃: ꝛ si mare est mistũ: tũc nõ est elñtũ. ꝯña h tꝫ: qꝛ sal est qͦdam mistũ: ꝛ sic salsa sũt ẽt mista. ¶ Sexto si sic. hoc videreꝛ eẽ p eleuationẽ dulcis remanẽte grosso terrestri in mari: ꝛ hoc pp calorẽ solis: sꝫ h est fl̃m. ꝯña tꝫ: cũ p istũ modũ Aris. ponat mare fieri salsuꝫ: sꝫ falsitas ꝓbaꝛ: qꝛ tũc eadẽ rõne paludes vel stagna hic apud nos: deberẽt ẽt fieri salsa p talẽ eleuationẽ remanẽte terrestri: cui⁹ opᵐ experimur. ¶ Septio. tũc salsedo maris ĩcẽdereꝛ in infĩᵐ ꝛ amaritudo: qꝛ sol semp moueꝛ circa mare ꝛ calefaĉ ꝛ eleuat plus: ꝛ plus ẽt cũ ex illo ꝛ ĩcẽdaꝛ salsedo: seqꝛ ꝓpoᵐ: tñ ꝯñs experimur falsum.

In oppositũ est Arist. in 2° huiꝰ. vbi reddit cãꝫ salsedinis maris: qͦ nõ esset nisi mare esset salsum. ergo ꝛc̃.

Ari. qͦõ fiat sal. **In ista qõne** p̊mo videbit̃ nãlr q̃uo fiat sal. in 2° de q̃sito. ¶ De p̊ notãdũ est ꝙ sal est qͦdã mistũ qͦ gñaꝛ ex cõmistione hũidi cũ sicco terrestri p calorẽ solis vel ignis vel aliorũ decoquẽtiũ ꝛ resoluẽtiuꝫ subtile ipsi⁹ hũidi. ꝛ illud pꝫ p experiẽtiã. capta .n. aq̃ accessublimata vel alia aq̃ ꝛ supfusa ista sup aliã mãm adustã: postea illis bñ ꝯmistis ꝯmittenꝛ modicũ stare q̃usqꝫ grossuꝫ terre in fundo residiat: ꝛ dehinc effundaꝛ aq̃ supnatans ad aliud vas qͦ supponaꝛ igni lẽto: ita ꝙ subtile euaporet vsqꝫ ad siccitatẽ: tũc remanẽs erit sal circa fundũ vasis: ꝛ sic alchimiste faciũt sal: ꝛ istũ modũ tãgit Ari. in lr̃a de fecibus ꝛ de vrina: vñ videm⁹ ꝙ vrina est salsa ꝛ amara: ẽt videm⁹ ꝙ si vrina sumereꝛ in vase vitreato vel vitreo: ꝛ supponaꝛ lẽto igni quousqꝫ calefiat: remanebit eñi in fundo qͦdã albũ adherẽs vasi: qͦ erit sicͭ sal si abradaꝛ a vase. illo g̃ mõ fit sal. Sic silr qñ aq̃ cala fundiꝛ sup cineres q̃ sũt adusti ꝛ sicci sic ꝙ bñ cõmisceanꝛ sil': tũc gñaꝛ lixiuiũ: ꝛ qͦ q̊dãmõ est salsum ꝛ amarũ: vñ si poneretꝛ igni: sic p̊us de vrina est dcm̃: inueniretꝛ albũ in fundo vasis tãq̃ sal. ¶ Sal ˣᵒ de q̊ salim⁹ cibaria gñaꝛ isto mõ: qꝛ sũt aliq̃ mãe sub terra: de quibus est mã adusta ꝛ sicca p q̃s mãs ꝛ mineras trãsit aq̃: que vlteri⁹ exit p foramina fontiũ: ꝛ talis aq̃ colligiꝛ in vasis q̃ supponunꝛ igni ꝛ exiccanꝛ ꝛ resoluiꝛ hũidũ subtile: ꝛ sic derelictũ est sal: ꝛ diĉ Ari. in lr̃a de calce. ꝙ si aq̃ supfundaꝛ: postea si illa aq̃ exiccereꝛ erit sal. ¶ De 2° q̃re mare sit salsuꝫ notãdũ ꝙ Ari. in lr̃a supponit ꝙ sp duplex sit exhalatio. vna cala ꝛ hũida. alia cala ꝛ sicca: ꝛ illud opꝫ sic eẽ pp diuersos effect⁹ q̊s videm⁹ gñari: quoꝝ cãs reddere nõ possum⁹ nisi sic eẽt. Et ex isto supponit ꝙ sol sp moueꝛ circa mare eleuãdo exhalatiões calas ꝛ hũidas: ex qb⁹ fiũt pluuie: ꝛ h ex pte maris q̃ dulces sũt vel de toto mari eleuat aliquã exhalationẽ calidã ꝛ siccã dimisso calo terrestri in mari: ꝛ iõ supponẽdũ est ꝙ ĩ mari ẽ admistio terrestris adusti cũ aq̃: ꝛ h Aris. declarat in lr̃a: ꝙ si aliq̊s vnũ vas ceperit terreũ p totum ꝛ clauserit oẽs rimas ꝛ os ꝛ oĩa nulla aq̃ exiꝫ te latus ꝛ ꝓiecerit ad mare submergẽdo ipm: tũc p lõgũ tps aq̃ subtilis intrat illud vas p poros terre: sꝫ grossuꝫ terrestre remanet foris: qͦ nõ eẽt nisi ibi eẽt cõmixtio talis: ꝛ h demõstraꝛ in alio exẽplo: qꝛ naues q̃ in aq̃ riuoꝝ ꝛ pura submergerenꝛ ꝓpter grauitatẽ subnatarẽt alte in mari: qͦ nõ eẽt nisi mare eẽt grossuꝫ ꝛ talr mistũ. ¶ Itẽ diĉ ꝙ qͦdã mare est ita grossum ꝙ hõ ligatis manib⁹ ꝛ pedib⁹ si ꝓijcereꝛ in mari nõ submergereꝛ: ꝛ est ibi sicͭ in palude. ¶ Itẽ aliqͦ pp nimiã grossitiẽ maculat vestes si lauãꝛ in ipo ꝛ nõ pñt mũdari: qꝛ recte est illud mare: sicͭ lutũ: ꝛ h est pp talẽ grossitiẽ. ¶ Tũc sit p̊ᵃ ꝯ°. ꝙ mare dꝫ eẽ q̊dãmõ salsuꝫ ꝛ q̊dãmõ amaꝝ. pꝫ: qꝛ oẽs cãe q̃ reqrunꝛ ad h ꝙ aliq̊d sit salsuꝫ sunt in mari. g̃ ꝛ effect⁹. ꝛ p ꝯñs seqꝛ ꝓpoᵐ. ꝯña pꝫ: qꝛ positis cãis poniꝛ effectus. añs pꝫ ex p̊dictis: est eñi in mari qͦdã terrestre adustũ: qͦ fit ex exhalatiõe cala ꝛ sicca. est ẽt ibi aq̃ pura admista: ꝛ ẽt ibi ẽ calor solis decoquẽs faciẽs hũidũ eleuari p experiẽtiã. g̃ relinqͭ qͦ est salsuꝫ: ꝛ sic q̊dãmõ erit amaꝝ. pꝫ ex h qꝛ amaritudo insequiꝛ ĩcinerationẽ: ꝛ qꝛ est q̊dã ĩcineratio in mari ex exhalatione cala ꝛ sicca. g̃ ꝛ amaritudo. ¶ Et ex h pꝫ ẽt ꝙ si mũdus fuit creat⁹ sicut credim⁹: ꝛ si mare fuit creatũ circa terrã: tũc p longũ tps mare erat dulce ꝛ nõ salsuꝫ ꝛ amaruꝫ qꝛ oportebat solẽ moueri diu anteq̃ cãret istas cãs salsedinis. Ex isto pꝫ ẽt ꝙ Adã si potuissꝫ trãsire mare cũ magnis nauib⁹ põderosis: qꝛ submerse fuissent: sꝫ tpe Noe potuissent fieri naues. ꝛ iõ fecit archã ꝛ nauigauit.

Ad rõnes. Ad p̊ᵐ ꝛc̃. negaꝛ maior. nã mare pp salsedinẽ vtualr calidũ est ꝛ siccũ: sꝫ s̃z aliq̊s alias ptes possit eẽ fridũ ꝛ hũidũ q̃ nõ sũt actu cale a sole. Vñ experimur siq̊s fũdat aquã maris sup carnẽ suã mordet ipaꝫ ac si aliqͦ corrosiuũ calm̃ ꝛ siccũ apponaꝛ: iõ appet ꝙ vtualr est calm̃: iõ imaginãdũ est de mari ꝙ sit totũ ethero geneũ q̃tũ ad salsedinẽ ꝛ dulcedinẽ. ¶ Ad 2ᵐ qñ dĩ: non vĩ ꝛc̃. dõm ꝙ nõ opꝫ aliquẽ salẽ extrinsece imitti in mari: sicͭ fit in aq̃: sꝫ suffiĉ aliqͦ terrestre adustũ p calorẽ remanẽ in mari: ꝛ h maxĩe in locis q̃ sũt sub via solis vt dcm̃ fuit ꝛ vbi mare ebulliꝫ ꝛ cõmisceꝛ alijs marib⁹. ¶ Ad 3ᵐ: mare non est ꝛc̃. dõm est ꝙ imo: qꝛ ad aq̃s fontiũ aliqͦ terrestre

De gnõne salis quo vtimur in cibis.

Quare mare sit salsum.

Vbi mare grossities.

Adã nõ potuisset tpe suo nauigare mare magnis nauibus.

salsum

est admistū q̄ sit in aqs riuoꝝ. ¶ Ad 4m negat̄ ꝯña. q̄ꝛ sp̄
sic dulcis aq̄ admiscet̄ sic sp̄ fit exhalatio dulcis ⁊ remanet
terrestre: qd̄ cāt salsedinē maris: ⁊ sic nō est ō aq̄ maris sal/
sedo qñ plēs aq̄ recētes ifundunt̄ ⁊ dulces. ¶ Ad 5m ꝯce/
dit̄ q̄ nō hēm⁹ totū purū elm̄tū aq̄: sed sufficit q̄ hēm⁹ vnū
mod' cū siue ptē ⁊ admistū loco elm̄ti. ¶ Ad 6m ꝑ eēt ⁊c̄.
ꝯcedit̄ ad ip̄robationē: q̄ꝛ tūc stagna hic apud nos ⁊c̄. dr̄ q̄
nō tādiu durat sol circa ista stagna nec circa paludes ꝑ nec
est ita ītēsus in calore q̄ talia sufficiāt facere: sic in mari: iō
citius fiūt ꝯmes vel aliqd̄ ꝯsile q̄z fiat salsum aliqd̄ ex eis.
¶ Ad vltimā tūc salsedo ⁊c̄. negat̄ ꝯña. pp̄ ꝑ: q̄ꝛ sp̄ admi/
scent̄ dulcia remitēdo sa'sedinē. ¶ Sȝ notādū q̄ mare fit
salsuȝ silr̄ pp̄ ꝑ q̄ aīalia pñt viuere in ip̄o: q̄ nō pñt viuere
in aq̄ dulci: ⁊ si sic eēt: tūc in tp̄e vel in pn̄° creationis aliq̄ ta
lia aīalia nō potuissent fuisse. q̄re ⁊c̄. Questio.IIII.

Ueritur q̄rto vtrū aq̄ fluuiales vl' fon
tales possint eē salse. Et arguit̄
p̊ q̄ nō. q̄ si sic. sequeret̄ q̄ elm̄ta simplicia hē/
rent q̄litates secūdas: vtputa odorē ⁊ saporē ⁊
silia: sȝ ꝯñs est falsuȝ: q̄ꝛ simplices nō hn̄t nisi
p̊mas q̄litates simplr̄. ꝯña tȝ: q̄ꝛ aq̄ fluuiales ⁊ fontales sūt
elm̄tū aq̄ cū mare sit mistū. ¶ 2° si sic. ꝑ eēt eodē mō: sicut
mare eēt salsuȝ. ꝑ est falsuȝ: q̄ꝛ sol nō pt̄ sic eleuare dulce re
manēte terrestri de fontib⁹: sic de mari: sic patuit in p̄ceden
ti q̄ōne: sȝ ꝯña tȝ: q̄ꝛ nō alio mō vr̄ fieri salsedo in aq̄. ¶ 3°
si sic. tūc nō idigerem⁹ actione alioꝝ elm̄toꝝ ad gn̄ōnē sapo
ris. ꝑ est falsuȝ: vt pȝ p̄ medicos: sȝ ꝯña tȝ: q̄ꝛ aq̄ fontales hē
rēt saporē sine alijs elm̄tis: ⁊ possent dare alijs ꝑmistionē.
¶ 4° tūc aliq̄ fontes eēnt accetosi. ꝑ est flm̄. ꝯña tȝ: q̄ꝛ eadē
rōne q̄ salsi: sed falsitas ꝓbat̄: q̄ꝛ acetositas ꝯtingit ex corru
ptiōe caloris: mō aq̄ fontiū cū de se sint fride nō corrūpit̄ in
eis calor. ¶ 5° si sic. tūc aq̄ simplr̄ posset nutrire ꝑ est flm̄:
q̄ꝛ nullū elm̄tū simplex nutrit vel pōt eē nutritiuū: sȝ ꝯña
tȝ: q̄ꝛ odorifera pñt nutrire ⁊ solus odor: sic declarat̄ de q̄dā
q̄ fuit tp̄e Socratis q̄ circa agonē cū nō posset amplius co/
medē pp̄ odorē mellis ⁊ panis recētis diu māsit viu⁹. g̊ sim
plex odor pōt nutrire. ⁊ p̄ ꝯñs simplex sapor ⁊ aq̄ simplex.

In oppositū est Aristo. in secundo huius.

In ista q̄ōne supponēdū sic dcm̄ est p̊us q̄uo fon
tes gñant̄ i ꝯcauitatib⁹ mōtiū. ¶ Ui
ri⁹ ad gn̄ōnē aq̄ fontalis guttatim aggregat̄ aq̄ ⁊ fluit ad
loca bassiora ⁊ trāsit q̄nq̄ȝ p̄ lōgū spatiū infra terrā antēq̄
i pede mōtis vel in sūmitate mōtis magis bassi exeat: ⁊ ꝑ
experiētiā videm⁹ in aq̄ ductib⁹: ⁊ tūc in tali trāsitu aq̄ sub
terra q̄nq̄ȝ sūt minere vl' gn̄ōnes metalloꝝ vel aliquoꝝ cō/
ueniētiū ad gn̄ōnē metalloꝝ: sic alumē: sulphur: argētū vi/
uū. mō in gn̄ōne taliū q̄nq̄ȝ in talib⁹ locis est magn⁹ calor
q̄nq̄ȝ ex tali actiōe caloris cū alijs mēchus ibi p̄pātis ibi
sūt sapores ⁊ odores diuersi sub terra in talib⁹ mineralib⁹
e q̄ talia exēta sapiūt. Et imaginādū est tūc q̄ aq̄ trāsiēs
ista loca p̄ actionē taliū fit saporosa: sic recta apud nos si
q̄s fūderet aquā sup cineres postq̄z colata fuerit erit amara
vt pȝ ō liscinio. ¶ Sit g̊ ꝯ̊ rn̄salis q̄ aq̄ fōtales pñt eē salse
vl' alioꝝ saporꝝ. ꝓbat̄ ex iā dcis: q̄ꝛ pñt sub terra trāsire p̄
talia loca. igr̄ ⁊c̄. ¶ Ex q̊ pȝ q̄ aliq̄ aq̄ fōtales pñt eē acceto/
se ⁊ aliq̄ stiptice ⁊ aliq̄ amare. ¶ 2a ꝯ̊. q̄ aq̄ fōtales sūt nō
solū saporose quinimo ⁊ odorifere ⁊ calīe actualr̄ ⁊ colorate
diuersis coloribus: ⁊ pȝ ista per silēm rōnem pp̄ loca p̄ que
discurrūt. ēt ex isto pȝ q̄uo fiant ita calide i terra q̄ hō in ipis
pōt balneari: ⁊ q̄uo fetent sicut sulphur.

Ad rōnes. Ad p̊m dr̄ q̄ aq̄ saporose sūt aliquātulū
miste: ⁊ nō sūt elm̄tū purū. ¶ Ad 2m ne/
gat̄ ꝯñ i. Ad ꝓbōnē cū dr̄: nō vr̄ ali⁹ modus ⁊c̄. dr̄ q̄ imo
sicut iā dictū est. ¶ Ad 3m cū dr̄: tūc nō indigerem⁹ ⁊c̄. ne/
gat̄ ꝯña. Ad ꝓbōnē dr̄ q̄ hec nō est sine actione alioꝝ elm̄/
toꝝ q̄ aq̄ sapuit. ¶ Ad 4m ꝯcedit̄ ꝯñs. Ad ip̄robōnē dr̄ q̄
imo cū aliqd̄ mistū vl' accetosuȝ admiscet̄. ¶ Ad 5m tūc aq̄
simpl ⁊c̄. negat̄ ꝯña. Ad ꝓbōnē qñ dr̄ q̄ illa aq̄ ē simpl ⁊c̄.
negat̄ cū iā dcm̄ sit q̄ ē mista. Et ꝑ ō. q. dcā sufficiāt. Q̊.V


Ueritur q̄nto. vtrū vēt⁹ sit exhalatio ca
lida ⁊ sicca. Et arguit̄ q̄ nō: q̄ꝛ
tūc tp̄e vētoso deberet eē calor ⁊ siccitas. ꝯñs ē
flm̄: q̄ꝛ frequēter pluit. ꝯña tȝ. q̄ꝛ si vēt⁹ est cali
dus ⁊ sicc⁹: tūc calefac̄ ⁊ exiccat. ¶ 2° vētus est
aer mot⁹. g̊ nō est exhalatio cal'a ⁊ sicca. ꝯña tȝ: q̄ꝛ aer nō est
exhalatio: sȝ añs pȝ: q̄ꝛ aliq̄s vētus est aer. mō nō magis vr̄
de vno q̄z de alio. ergo ois vētus est aer. ꝯña pȝ: ⁊ añs pȝ de
vento qui exit de flabello vel a folle.

In oppositū est Aris. 2° h⁹ dicēs q̄ duplex est ex/
halatio q̄dā cal'a ⁊ hūida: ⁊ quedā ca/
lida ⁊ sicca: ⁊ de ista vltima dicit fieri i vētum.

In ista q̄ōne p̊ videbit̄ de cā mālī venti. Circa qd̄
nōn͞m q̄ p̄ calorē solis circa terrā ele/ Materia
uant̄ exhalatiōes cal'e ⁊ sicce: ⁊ si sint mltū cal'e ⁊ sicce: tunc
eleuāt̄ vsq̄ȝ ad mediā regionē aeris vl' ad sup̄mā ⁊ ibi gñan
tur iflāmatiōes seu ip̄ressiōes ignite: sic dcm̄ est i p̄cedētib⁹
q̄ōnib⁹: si ꝯo nō sint nimis cal'e ⁊ sicce: tūc nō ascēdunt nisi
vsq̄ȝ ad finē medie regiōis aeris ꝓpe mediū q̄ ē frida ⁊ hu
mida ⁊ īde ꝓpellunt̄ deorsuȝ: ⁊ q̄nq̄ȝ exhalatiōes iste ꝓpul
se obuiāt alijs exhalatiōib⁹ ascēdētib⁹: iō reflectūt̄ ad lat⁹:
⁊ sic mouēt̄ ad lat⁹: ⁊ ꝑ sic motū dr̄ vēt⁹. ¶ Sit g̊ ꝯ̊ rn̄salis
q̄ vēt⁹ est exhalatio cal'a ⁊ sicca: vl' gñat ex ea tāq̄z ex mā.
ꝓbat̄: q̄ꝛ vl' est exhalatio cal'a ⁊ sicca: vel cal'a ⁊ hūida: non
cal'a ⁊ hūida. g̊ ⁊c̄. ꝯña tȝ. a tota disiunctiua cū destructione
vni⁹ ptis ad alterā: sȝ añs q̊ ad p̊m ptē pȝ a sufficiēti diuisio
ne: ⁊ q̊ ad 2m ptē pȝ: q̄ꝛ alr̄ exhalatio ꝯuerteret̄ in nubē seu
in pluuiā cū ex tali fiat nubes vl' pluuia. ¶ Itē si ꝑ nō eēt.
iō q̄ꝛ eēt aer mot⁹. ꝑ est flȝ. ꝯña tȝ: q̄ꝛ antiq̄ volebāt oia fie/
ri ex aere: falsitas ꝓbat̄: q̄ꝛ icōueniēs eēt q̄ aer sic moueret̄
sic vēt⁹ cū sp̄ sit vndiq̄ȝ apō nos: ⁊ ēt aer ē calidus ⁊ hūid⁹: sic
pȝ p̊ h⁹. ⁊ 2° d' gn̄ōne. ⁊ vēt⁹ est calidus ⁊ siccus. ¶ Sȝ du/ Tertia
bitat̄: q̄ꝛ expimur vētū eē fridū: dico q̄ ꝑ ē q̄ꝛ qñ talis exha
latio cal'a ⁊ sicca eleuat̄: tūc pp̄ fridare medie regiōis calitas
ei⁹ actualis corrūpit̄: ⁊ sic p̄ aerē fridū manet actualr̄ fridus
vt expimur: q̄uis i p̊n sue gn̄ōnis fuerit actualr̄ cal'a: sȝ re/
manet potētialr̄ vl' ꝟtualr̄ calidus. ¶ De cā formali dnt̄ q̄dā
q̄ sit mot⁹ localis: qd̄ ꝓbāt q̄ꝛ qñ exhalatio mouet̄ sic ad lat⁹
tūc est vēt⁹ ⁊ nō durat. Ex ꝑ iferūt istū terminū eē ꝯnotati/
uū. s. vēt⁹: q̄ꝛ ꝯnotat motū: sȝ illd̄ nō puto posse valē: q̄ꝛ si mo
tus localis sit forā vēti cū mot⁹ localis nō sit aliō a mobili:
vt suppono. g̊ iste vēt⁹ est for⁹ sui: qd̄ nullus diceret. Pōt g̊
dici q̄ forā vēti est forā misti ip̄fecti: cui nomē spāle nō est
iposituȝ: ꝯ̊ pȝ ex eo q̄ sic alia mista hn̄t tales forās subales.
g̊ ⁊ ēt vēt⁹. Sȝ veꝝ est q̄ ꝑ mistū q̄ ē vētus mouet̄ nālr̄ ⁊
ille mot⁹ ꝯseq̄t̄ formā. ¶ Ad rōnes illoꝝ q̄ dicūt q̄ exhala
tio hn̄ mouet̄ ⁊c̄. nego: q̄ꝛ nō corrūpit̄ statī q̄z p̊mū nō mo/
uet̄. ¶ De cā finali dcm̄ q̄ vētus est finalr̄ ad remouēdū
nubes de vna regiōe: ⁊ ad ducēdū sup̄ aliā vt fiāt pluuie in
diuersis regiōib⁹ sup̄ arbores: ⁊ illud pȝ: q̄ꝛ nos videm⁹ nu
bes p̄ vētos moueri ad latus: qd̄ nō eēt nisi per ventos iste
mouerentur: sed causa efficiens est cā solis.

Ad rōnes. Ad p̊m negat̄ ꝯña: q̄ꝛ q̄uis vēt⁹ sit origi
nalr̄ ex mā cal'a: tñ ifridat̄ p̄ ꝯtriū ipellēs.
¶ Ad 2m negat̄ añs. Ad ꝓbōnē aliq̄s vētus ⁊c̄. adhuc ne/
gat̄ añs. Ad ꝓbōnē de sole dico q̄ nō sūt ꝓprie vēti: sȝ est
motus aeris vel aer ⁊c̄. Questio.VI.

Erto q̄rit̄ vtrū sol faciat cessare vētos ⁊ cōmo
ueat illos. Et arguit̄ q̄ nō: q̄ꝛ tūc sil' ⁊ semel
sol faceret cessare ⁊ nō cessare: sȝ ꝯñs est flm̄. ꝯña tȝ:
q̄ꝛ si facit

q̄ꝛ ſi facit ceſſare ⁊ cōmouet cum cōmouere ſit efficere facit ceſſare ⁊ non.ergo ⁊c̄. ¶ Scđo ſi ſol faceret ceſſare vētos tūc plꝭes dēberēt fieri de nocte q̄ȝ de die:cuiꝰ oppᵐ experimur. ¶ 3° ſol eſt cā gnōnis ventoꝝ: q̄ꝛ ſi nō eēt nō fierēt.ergo nō facit ceſſare.ꝯn̄a pȝ:q̄ꝛ generās nō deſtruit genitū:ſȝ aīs pȝ de ſe. ¶ 4° pluuie ⁊ magna frigora faciūt ceſſare vētos.ergo non ſol.ꝯſequentia tenet.cum iſta cōtrario ſeſe habeant. ⁊ antecedens patet in litera.⁊ etiā per experientiam.

In oppoſitū eſt Ariſ.dicens:ſol aūt facit ceſſare vētos ⁊ cōmouet.

In iſta q̄ōne dōm eſt magis cōplete de cā efficiente vēti ⁊ de loco vbi fiūt ⁊ vn̄ veniāt.

De loco ventorum ¶ Un̄ de loco dixit q̄dā ꝙ vēti originalr̄ ꝓueniūt a mōtibꝰ:ſic fōtes ⁊ riui ⁊ ibi gn̄ant:⁊ iō flāt ad latꝰ:ſic fluūt fontes:ꝙ ꝓbat ex alio:q̄ꝛ ꝓpe mōtes ſūt plꝭes vēti:qđ nō eēt niſi ex laterib⁹ mōtiū exirēt. ¶ Itē ſi nō:tūc i ſūmitatib⁹ mōtiū poſſent fieri vēti:ħ eſt fl̄m ⁊ ꝯ experiētiā ſacrificātiū i mōtibꝰ. ¶ Sȝ ꝯ illō obijcit:q̄ꝛ in ꝑnº tertij huiꝰ dī ꝙ etheſie.i. magni vēti q̄ veniūt añ pluuiā q̄nq̄ȝ veniūt deſurſū vſq̄ȝ deorſū:nec ſūt ibi aliq̄ mōtes:de q̄bꝰ veniāt.ḡ nec alij vēti.ꝯn̄a tȝ:⁊ aīs pȝ ex p̄dictis. ¶ Itē ſi n̄ eēnt mōtes adhuc dato ꝙ terra eēt ita alta ꝙ nō eēt circūfluxa aq̄:tūc nō poſſȝ fieri vētꝰ ꝑ illō:q̄ꝛ tūc nō eēnt mōtes:ſȝ falſitas ꝯn̄tis ꝓbat: q̄ꝛ tūc adhuc ſicce exhalatiōes poſſent eleuari:⁊ ꝑ frigꝰ cōꝑmi ⁊ repelli ad latꝰ ꝑꝑ occurſuȝ aliaꝝ exhalationū. ¶ Itē nō p̄t reddi cā q̄re halo q̄n̄ cito ꝯſumit ex vna p̄te fiūt vēti: q̄ꝛ talis mā nō itraret mōtes:⁊ iō ſi fiat vētꝰ nō exit a lateribus. ¶ Iteꝝ terremotꝰ poſſent fieri ſi nō eēnt mōtes.ḡ ⁊ vētus.ꝯn̄a tȝ:q̄ꝛ ex eadē exhalatiōe fiūt. ¶ Itē tūc vēti nō p̄ſſt venire ſuꝑ planā terrā vbi nō eſſent montes: ſed ꝯn̄s experimur falſum.ꝯn̄a tȝ:q̄ꝛ ſm̄ rectas lineas ad latus ꝓueniendo a mōtibus oporteret lineas terminari in ſuperficie terre:⁊ ſi ſic ventus moueretur ⁊ ceſſaret.

Ad rōnes. ꝓpe mōtes ſūt plꝭes vēti ⁊c̄.ħ nō ēiō q̄ꝛ ex latere veniāt:ſȝ q̄ꝛ multe exhalatiōes fiūt. ¶ Ad aliā negat ꝯn̄a.ꝙ ḡ exeāt oēs ex laterib⁹ mōtiū. ¶ Ad aliā dico ꝙ fiūt ibi ꝑꝑ exhalatiōis defectū:q̄ꝛ nō eſt tāta ꝙ ſufficiat ad vētū. ¶ Alr̄ poſſet dici:⁊ ſit pᵐ ꝯ.ꝙ ſol ē cā efficiēs remota.ꝓbat:ſol calefacit terrā:⁊ cōmouet ſeu eleuat exhalationes:de q̄bꝰ fiūt vēti.ḡ eſt cā efficiēs:⁊ nō ē tn̄ cā imediata:q̄ꝛ calor ⁊ mā fumoſa ⁊ leuitas ſūt magis ꝓpinq̄.Ex iſta ꝯne ſeq̄t alia.ſ.ꝙ calor exhalatiōis ⁊ leuitas ⁊

Immediate cāe ventorum. frigꝰ medie regionis ⁊ friditas exhalationū ꝓpulſaꝝ ſunt cāe imediate vētoꝝ.ꝓbat:q̄ꝛ iſtis ꝓpoſitis imediate ponit effectꝰ.ḡ ⁊c̄.ꝯn̄a tȝ.ꝑ diffōne cāe imediate.⁊ aīs pȝ ex p̄dictis. ¶ Sȝ nōᵐ eſt ꝙ ſol eſt cā efficiēs ceſſatiōis vēti:tn̄ ꝑ aliū modū:q̄ꝛ q̄nq̄ȝ ꝑ calorē exhalationē calidā ⁊ ſiccā reſoluit in aerē:ſic ꝙ nō erit vētꝰ:⁊ q̄nq̄ȝ eleuat exhalationeȝ vſq̄ȝ ad mediā regionē aeris ⁊ fiūt ipreſſiōes ignite:⁊ ſic ſol facit ceſſare vētos:⁊ ħ voluit Ariſ.i lr̄a:⁊ ſic alios effic̄ ⁊ deſtruit:⁊ nō vnū ⁊ eūdē nec ſil̄ ⁊ ſcl̄. ¶ Et nōᵐ ꝙ vndiq̄ȝ ſm̄ circulū orizōtis cānt vēti ⁊ eq̄lr̄ durāt vēti ꝑnciᵖᵃ:ſic oriētales boreales ⁊c̄.ſȝ collaterales nō ſic durāt nōbilr̄.

De diuerſitate effectuū ventorum. ¶ Sȝ nōᵐ ō diuerſitate effectuū.nā vēti auſtrales iducūt ifirmitates i hoīb⁹ calas ⁊ pigritie:ſomnū ⁊ adhuc pluuiā ⁊ calorē:ſȝ boreales cānt fortitudines i hoīb⁹ ⁊ friditatē aeris ⁊ ſerenitatē:⁊ ꝯfortāt v̄tutē gn̄atiuā ⁊ remouēt malos hūores ab aere ⁊ ſūt ſaniſſimi.iō nō eſt oportunū i camera hēre feneſtras a p̄te auſtri:ſȝ ml̄tū a p̄te boreali. ¶ Sȝ alie ſūt diuerſitates effectuū alioꝝ vētoꝝ:⁊ cāe ſilr̄ ſūt imagināde de alijs ſic de iſtis:vn̄ cā pᵃ illoꝝ eſt:q̄ꝛ vētus auſtralis venit a locis calidis:⁊ trāſit ꝑ loca calā ⁊ hūida:i q̄bꝰ fiūt ml̄te putrefactiōes:⁊ iō vapores malos iducūt ad aerē:quē aerē homines iſpirāt:⁊ ſic ex eo ifirmāt:⁊ ſic iducūt groſſitiē hūoꝝ ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſomnū ⁊ ꝯſilr̄ de cā iducūt pluuias:q̄ꝛ ml̄ti vapores hūidi ibi gn̄ant ex q̄bꝰ fit pluuia:⁊ iō ꝑ iſtā cām ſūt calidi, Sȝ vēti boreales:ꝑꝑ ħ ꝙ veniunt a locis fridis ⁊ ſiccis:iō exiccāt hūiditatē:⁊ ꝯſtringūt corpa hūana:⁊ ſic calor nālis itra remanēs fortificat.⁊ ꝑꝑ ħ tales hoīes i talibꝰ vētis morātes ſūt fortes ⁊ ꝑꝑ illō ipediūt putrefactiōes:⁊ iō ſūt ſani: ſȝ tn̄ nōᵐ ꝙ q̄uis iſta ponāt cā ex p̄te diſpōnū māe oȝ tn̄ locoꝝ q̄ȝ effectuū accidētiū vētoꝝ cām ſumere ab iflūētia celeſti:ita ꝙ ſic planete cū ſtellis fixis iflūūt ſuꝑ talē locum mām ꝑparātes ꝙ tales vēti flāt ⁊ talia accidētia habeant.

Ad rōnes. Ad pᵐᵘᵐ ꝓbat ꝙ qđ de v̄tute ſmōis ē falſū:ſȝ dȝ itelligi copulatiue ꝑ diuerſis tꝑibus ⁊ diuerſis locis ſic dcm̄ ē. ¶ Ad zᵘᵐ ſeq̄ret ⁊c̄.ꝯcedit: ſi cetera eēnt paria:ſȝ ſol q̄nq̄ȝ defectu caloris eleuat exhalationes q̄s de die ꝯſumit:⁊ iō de die plꝭes ſūt:⁊ iō q̄ꝛ de nocte ħ nō ꝯtingit:iō ſūt pauciores. ¶ Ad aliā ſol ē cā ⁊c̄.ꝯcedit aīs:⁊ negat ꝯn̄a:q̄ꝛ ꝑ aliū modū fac̄ ceſſare ⁊ i alijs tꝑibus. ¶ Ad aliā ꝯcedit aīs ⁊ negat ꝯn̄a:q̄ꝛ ꝑ aliū modū fac̄ ħ ſol:⁊ ꝑ aliū modū pluuie.nā pluuie claudūt poros terre:⁊ iō exhalatio nō pōt exire:⁊ ſic faciūt ceſſare vētos:ſȝ ſol cōſumēdo huiꝰ vapores facit ceſſare vētos ⁊c̄. Et ſic ſit finis q̄ōnis iſtius ⁊c̄.

Queſtio.VII.

Septimo q̄rit vtꝝ terremotꝰ ſit poſſis.Et arguit ꝙ nō:q̄ꝛ terra necio geſcit in medio.ḡ ⁊c̄.ꝯn̄a tȝ de ſe.⁊ aīs pȝ:q̄ꝛ celū necio circa aliqđ geſcēs mouet:illud aūt nō eē vi aliō q̄ȝ terra.ḡ ⁊c̄. ¶ z° ſi ſic.vl̄ ḡ nālr̄ vel violēter:nullo mō iſtoruȝ. ḡ ⁊c̄.ꝯn̄a tȝ.aīs ꝓbat q̄ ad pᵐᵘᵐ p̄tē ſufficiēti diuiſiōe:ſȝ quo ad zᵘᵐ ꝓbat.nō p̄t nālr̄:q̄ꝛ terra ē corpꝰ duꝝ ⁊ ḡue:qđ nāliter geſcit i loco ſuo.nec ēt violēter:q̄ꝛ nō eſt aliqđ violētū ſufficiēs mouē terrā. ¶ 3° ſi ſic.vl̄ motu circulari vl̄ recto: ſȝ nullo iſtoꝝ modoꝝ.ḡ ⁊c̄.nō recto:q̄ꝛ nō deorſuȝ:cū ſit in cētro.nec ſurſuȝ cū ſit ḡuis:nec circulari:vt pȝ ꝑ expiētiam. ¶ 4° ſi ſic.ħ maxīe fieret ꝑ exhalationē icluſaȝ:ħ eſt fl̄m. ꝯn̄a tȝ ꝑ Ariſ.i lr̄a.⁊ falſitas ꝯn̄tis pȝ:q̄ꝛ exhalatio icluſa eſt calā ⁊ ſicca.ḡ leuis ⁊ ſubtilis ⁊ ēcedet ꝑ poros terre ſine motu:⁊ vna debilis exhalatio ⁊ ſubtilis nō ſufficeret ad frāgendū terrā durā:⁊ ſi frāgeret nō fieret diuturnꝰ motꝰ. ¶ Itē ſi ſic.hoc nō fieret miraculoſe:ſȝ hoc eſt falſum:vt pȝ in reſurrectione dn̄i:ecce terremotus factus ibi magnus.

In oppoſitum eſt Ariſto.in litera.vbi fecit de ħ tractatum.

In iſta q̄ōne p̄ videbit de cāis terremotꝰ.zº de locis ⁊ tꝑibꝰ.3° de ſignis. ¶ Circa pᵐ nōnᵐ ꝙ terremotꝰ fieri ml̄tis mōis poſſumꝰ imaginari. Uno [illegible] cāis terremotus. mō ꝙ tota terra moueat aſcēdēdo vel deſcēdēdo ꝑꝑ ḡuitatē maiorē ex vna p̄te q̄ȝ ex alia.de iſto nihil ad ꝓpoᵐ:q̄ȝuis ſit poſſe. ¶ Alio mō pōt moueri circulr̄ circa cētrū geſcēs:⁊ iſto mō aliq̄ imaginant celū geſcē ⁊ terrā circulr̄ moueri circa cētrū geſcēs:⁊ iſte modus eſt falſus ⁊ ꝯ Ari.zº de li. ¶ 3° pōt fieri ꝑ rarefactionē ⁊ calefactionē alicuiꝰ p̄tis T.c.21. terre. ¶ 4° mō ꝑ motū alicuiꝰ ſuꝑ terrā ambulātis ſic vidēmꝰ q̄nq̄ȝ ꝓpe aquā q̄n̄ terra eſt ſuꝑius cōpacta.Et iō q̄n̄ hoīes mouent ſuꝑ vnā p̄tē mouet vna ꝑs terre ⁊ i laterib⁹ exit aq̄. ¶ 5° ꝑ gnōnē carbonū ⁊ lapilloꝝ i terra:⁊ q̄nq̄ȝ ex ħ ſuꝑior terra cadit iferiꝰ extractis carbonibꝰ:⁊ iſto mō ēt fit terremotꝰ:q̄nq̄ȝ ifodiunt minere ⁊ de iſtis oibꝰ nō intendit ħ.Alio mō q̄n̄ aq̄ exit fac̄ magnā ꝯcauitatem ſub terra: ⁊ ꝑ motum ſuum ampliat iſtā concauitatem ſub terra : ſic ꝙ terra poſtea cadit:nec de iſto itēdit ħ. ¶ Alio mō fit terremotꝰ ꝑꝑ exhalationē aliq̄ȝ icluſaȝ calaȝ ⁊ ſiccā q̄ vehemēter nitit : exire ⁊ rūpit terrā:⁊ de tali ħ intel̄r. ¶ Un̄ nōᵐ ꝙ ſol ⁊ ſtelle calefaciētes terrā eleuāt exhalationes a terra ex q̄bꝰ fiūt vēti:vt dcm̄ ē:q̄n̄ ibi terra aliquātulū ꝓfunde ſic ē calefacta:ꝯtingit q̄nq̄ȝ ſic ſuꝑuenire pluuiā vl̄ frigus : ita ꝙ pori terre claudunt:ſic ꝙ fumi q̄ iceperāt terrā exire extendūt ⁊ claudūt ⁊ aggregant adiuicē:⁊ poſt ꝯgregationē fortificant i caliditate ⁊ leuitate:q̄ꝛ v̄tus vnita eſt fortior ſeipſa

disꝑsa: ⁊ sic vehemēter vnita ⁊ fortificata exhalatio cū sit le uis: rūpit terrā: ⁊ exit successiue rūpendo terrā: ⁊ sic mouet terrā. ¶ Sit ḡ p^a ꝯ. ꝙ terremot^9 est poſſīs fieri: sumēdo terremotū isto mō. ꝓbat: qꝛ cāe sūt poſſes fieri. ḡ ⁊ effect^9. ꝯña tꝫ: ⁊ aīs pꝫ in lr̄a ex dictis. ¶ 2^a ꝯ. ꝙ terremot^9 est violēt^9 ipsi terre q̄tū ad grauitatē. ꝓbat: qꝛ est a p̄n^o extrinseco: ⁊ ꝯ inclinationē nālē ḡuitatis. ḡ ⁊c. ꝯña tꝫ. ⁊ aīs ꝓbat: qꝛ talis exhalatio est q̄ddā mistū: qḋ nō est terra. ¶ 3^a ꝯ. motus exhalatiōis exeūtis a terra est nālis. ꝓbat: qꝛ est a p̄n^o itrinseco. puta a calitate ⁊ leuitate: q̄ sūt i ipsa exhalatiōe. ¶ Nūc ḡ ponant nōbilia: ⁊ ē p̄ nōn^m ꝙ opꝫ exhalationē cāntē terremotū fortiter ꝑcutere ad ptes terre. aľs non moueret terrā nec ēt rūperet eā: ⁊ sic pp motū exhalatiōes seu hūoris mouet terra: ⁊ h̄ declarat Arist. experimētalr̄. nā videm^9 ꝙ fulmē qḋ satis est subtile: valde fortiter cadit sup arbores: ⁊ tūc rūpit istas ⁊ nō alias: ⁊ sic imaginādū est de exhalatione: ⁊ declarat h̄ ꝑ aliud ex^m: qꝛ videm^9 h̄ ꝑ aliquos hoīes infirmos sic febricitātes ⁊ iracūdos moueri motu tremoris: sic ꝙ nō pñt intātū ligari q̄n sic moueant: ⁊ h̄ est pp quēdam hūorē iclusū: sic ipos mouētē q̄ nō pñt ligari. Hoc alr̄ dclarat: qꝛ q̄n hoīes ꝓiciūt i hyeme vrinā p aerē fridū circūstātē claudunt pori ⁊ ꝯgregant hūores ad itra ⁊ faciūt tremorē ⁊ rigorē. ¶ 4^m sig^m pōt dari de pilla ferrea exñte i quodā instr̄o facto ad modū canonis in quo sūt q̄dā pulueres ⁊ cū ferrū calidū vľ ignitū accēdit istos pulueres: tūc talis exhalatio petit exitū: ⁊ ita fortiter extrahit istā pillā extra ꝙ q̄nq̄ interficeret tres milites armatos bonis armis: ⁊ sic imaginandū est de exhalatione causante terremotum.

Arist. 2° ꝺ locis terremotus. **Sit** ergo 4^a ꝯ. ꝙ nō est poſſe ꝑ oēꝫ terrā sil ⁊ seꝫ fieri terremotū. ꝓbat: qꝛ nō pōt fieri vndiq̄ tāta exhalatio ꝙ vbiq̄ terra moueat. ḡ ⁊c. ꝯña tꝫ. ⁊ aīs declarat: qꝛ non vndiq̄ claudunt pori sp nec pōt vndiq̄ terra calefieri: sicut in ꝓfundo maris: ex quo pꝫ ꝙ in aliq̄b^9 locis fit: ⁊ in aliq̄b^9 nō: vn̄ vult Ari. ꝙ i locis isularib^9 nō fit pp nimiā fridītatē aq̄ sicut nō fit i egypto: qꝛ terra est nimis cōpacta: ēt nō fit in locis nimis calidis nec nimis fridis: sꝫ pl'ies fit in locis vētosis ⁊ austrosis seu in hītib^9 multos hyat^9: qꝛ in talib^9 pōt exhalatio includi. ¶ Sꝫ de tpib^9 dič Arist. ꝙ fit in tpibus

De tpibus terremot^9 tpantis: ⁊ nō in medio hyemis nec estatis: ⁊ cā est: qꝛ i hyeme est terra nimis frida ⁊ cōpacta: ⁊ i estate ꝯsumit exhalatio: sꝫ i vere ⁊ autūno frequēti^9 fit: ⁊ nō fit ēt in tpib^9 nimis hūidis nec nimis siccis: qꝛ ibi ꝯsumeretur exhalatio modica. ¶ Itē tpe eclipsis lune vel solis: fit ēt in meridie plus q̄ i alijs horis: ⁊ cā est eadē: qꝛ tūc est tranquillitas vētorum in eclipsi propter calorem solis deficientem: ⁊ etiam in meridie propter calorem consumentis ventos ⁊c.

Ad rōnes **Ad rōnes.** Ad p^{am} negat aīs ſm vtrāq̄ ptē: ēt poſſe cēt ꝙ q̄lꝫ ps moueret sil ⁊ seꝫ: lꝫ nō i tali motu q̄ dī terremot^9. Et cū dī: tūc celū nō mouet. negatur ꝯña: qꝛ circa cētrū vľ circa polos tāq̄ circa q̄escētes imaginatos. ¶ Ad aliā dī ꝙ violēter vt dcm̄ fuit i ꝯne 2^a. Et ad ꝓbōnē ꝙ nō: qꝛ fit a p̄n^o itrinseco. negat: q̄uis eni exhalatio sit iclusa i terra: tn̄ nō est de nā terre nec itrīseca terre: sꝫ q̄ddā mistū distictū a terra. ¶ Ad aliā. vľ mouet ⁊c. dī ꝙ motu tremoris q̄ nō ē solū vni^9 rōnis: sꝫ pl'iuꝫ tā ꝑ lineas curuas q̄ ꝑ rectas. ¶ Ad ꝓbōnē: cū dī ꝙ ista sit sufficiēs diuisio dico ꝙ verū est de motu nāli symplicium: nō de violento. ¶ Ad aliā: tūc fieret ⁊c. ꝯcedit. Ad iprobōnē dī ꝙ pōt exire si pori aperti essent. ¶ Ad aliā dī ꝙ forte ille terremot^9 nō fuit factus ꝑ exhalationem inclusam: sed alio modo. puta miraculose. Et sic pꝫ qḋ ⁊c. Questio.VIII.

Qō de signis terremotus. **Querit** octauo vtrū trāq̄llitas aeris sit signū terremotus futuri. Et arguit p̄ ꝙ nō: qꝛ si sic: tūc pl'es fierent terremotus: ⁊ vbiq̄ tā in mari q̄ in alijs ptib^9. ꝯñs est fl'm. ⁊ ꝯ experiētiā ⁊ ꝯ Aris. in lr̄a. ⁊ ꝯña tꝫ: qꝛ si h̄ est signū cū pl'ies ⁊ vbiq̄ fiāt trāq̄llitates aeris. ḡ ⁊ terremotus fieret vbiq̄. ¶ 2° si sic. tūc vbiq̄ nō posset eē trāq̄llitas nisi sequeret terremot^9. ꝯñs est fl'm. ꝯña tꝫ. vt pꝫ. Sꝫ falsitas ēt pꝫ: qꝛ aliq̄n fit terremot^9 ꝙ nō est tranq̄llitas p̄cedēs: ⁊ q̄nq̄ eꝯ. ¶ 3° hoc eēt ex eo: qꝛ tūc exhalatio eēt inclusa magis in terra. ꝯña tꝫ. sꝫ falsitas ꝓbat: qꝛ ꝑ tēpestatē pñt exhalationes meli^9 includi q̄ ꝑ trāq̄llitatē ⁊ ꝑ ꝑpetuā trāq̄llitatē. ¶ 4° p̄terita trāq̄llitas est signū sequēs. ḡ non p̄cedens. ꝯña tꝫ: qꝛ aliter idem esset sequēs ⁊ p̄cedēs: ⁊ tunc nullus sciret cuius esset signum: quod est inconueniens.

Oppositū vult Aristo. in isto secundo.

In ista qōne vidēdū est de signis p̄cedētibus terremotum ⁊ de quesito. Secundo de signis sequentibus ⁊ efficientibus.

Quantū ad p̄mū signū est ꝙ aues nō audēt diu sup terrā residere: sꝫ volāt bis vel ter ꝯtinue de vno loco ad aliū cū tremore: ⁊ h^9 cā est: qꝛ hñt ex instinctu Arist. p^o ꝺ signis antecedētib^9 terremotū nāli ⁊ ab ifluētia celesti ꝙ sentiāt aerē iclusū: qꝛ hñt capita mltū aerea ⁊ mutabilia ſm ifluētiā celi: qḋ mltū manifeste appet in gallo q̄ cātat ad matutinas ⁊ in alijs auib^9 cātibus an̄ pluuiā. ¶ 2^m sig^m est turbatio aquaꝝ in puteis vľ salsedo vľ alter sapor icōsuetus: qꝛ tūc exhalatiōes aliq̄ exeūt ꝑ vētres ⁊ venas terre vbi exeūt aque cū ptib^9 terre: ⁊ sic tales faciūt sapores ſm dispōnē suā: ⁊ hoc est signū ꝙ multa exhalatio est sub terra vel subt^9. ¶ 3^m sig^m est trāq̄llitas: ⁊ cā est: qꝛ tūc exhalatio q̄ est cā vēti icludit infra terrā ⁊ ex illis exhalatiōib^9 iclusis causat terremot^9 vna cū alijs cāis dictis i p̄cedēti qōne. Et ex his pꝫ rñsio ad q̄sitū: sꝫ nōn^m ꝙ nō est sig^m multū euidēs ⁊ neccīū: sꝫ opꝫ ꝙ aliqua p̄cesserint ⁊ dispōnes terre ⁊ loci ⁊ tpis: ⁊ tūc si est incōsueta trāq̄llitas erit signū: nō tn̄ ꝯuertibile. ¶ 4^m sig^m est. q̄n res exñtes in manibus hoīum exñtiū sup mare: vel ēt exñtib^9 in nauib^9 mouent motu tremoris: q̄uis nō sit motus nec tēpestas: ⁊ cā hui^9 est: qꝛ q̄dā exhalationes exeūt ꝺ foraminibus terre ⁊ miscent mari: ⁊ sic faciūt tremorē coꝝ q̄ sūt sup aquam. ¶ 5^m sig^m est tumor maris icōsuetus sine tēpestate ⁊ vēto. ⁊ cā est: qꝛ exhalatiōes ifra terrā icluse apparētes ascēdere cōmiscēt mari ⁊ ꝯuertūt in aquā ⁊ ex isto fit maior tumor maris. ¶ 6^m sig^m ꝙ ponit Ari. q̄dā sonus ad modū mugit^9 ⁊ tube audite ifra terrā ⁊c. h̄ est ꝙ exhalatio iclusa ifra terrā icipit fortificari ⁊ ꝑcutit ad latera terre ꝓpe foramina: ⁊ sic fit sonus: ⁊ ꝯtingit h̄ circa terras antrosas ⁊ spōgiosas: sicut dicit Aris. circa olisiū ⁊ siciliā. ¶ 7^m sig^m est q̄dā nebula lōga gracilis ⁊ alba ad modū linee sita v'sus occasum: cui^9 cā est: qꝛ tūc nō sūt supius vēti i aere: q̄b^9 distrahat talis nebula: ⁊ iō ꝑmanet imobilis ⁊ q̄eta: ⁊ iō est exhalatio iclusa ⁊ q̄eta: ⁊ h̄ est sig^m terremot^9 futuri in breui tpe. puta ꝑ diē vľ dimidiū post. ¶ 8^m sig^m est friditas aeris an̄ ortū solis sine vēto icōsueta: ⁊ cā est: qꝛ exhalatio de sui nā est calida: iō reddit aerē calidiorē cū fuerit cū aere ꝑmista deficiēte calitate: redit aer ad friditatē: ⁊ sic est sig^m terremot^9. ¶ 9^m sig^m est: qꝛ ꝑ friditatē icōsuetā claudūt pori: ⁊ sic exhalatiōes includūt ⁊ nō pñt exire ⁊ fortificāt ꝑ antiparistasiꝫ. ¶ 10^m sig^m est q̄n sol fit caliginosus: cu^9 signū ē: qꝛ tūc mlta exhalatio icipit exire ꝺ terra: ⁊ miscet aeri: ⁊ fac solē sic appere obscuꝝ.

Quātū ad 2^m. s. de signis sequētib^9 ⁊ effectib^9. p̄^m est ꝙ magnus son^9 fit: ⁊ postea ille audit in loco vbi Arist. 2° ꝺ signis sequētib^9 terremotū. est terremot^9: ⁊ aliq̄n est maior ⁊ aliq̄n est minor: ⁊ est terribilis: ⁊ cā h^9 est: qꝛ in terremotu terra rūpit ⁊ dispargit ⁊ ex ipetu exhalatiōis q̄ mouet sursum: ⁊ ex tali exhalatiōe mota ꝑ latera terre gracilia sic fit son^9: ⁊ ex fractiōe lapidū ⁊ arboꝝ fit terror soni: sꝫ diuersitas sonoꝝ ꝓuenit ex diuersitate exhalatiōis ⁊ ptiū terre ſm figurā: qꝛ exhalatio est multa ⁊ foramē magnū facit magnū sonū ⁊ grauē: si aūt fit strictū ⁊ exhalatio sit debilis ⁊ facit sonū gracilē sicut cant^9 pueroꝝ

⁊ imaginādū

⁊ imaginādū est de isto sic̄ de sono q creat̄ ex pulsu aeris ꝑ fistulas si fistula est grossa: facit grossiꝫ sonū ⁊c̄. ¶ Aliꝰ effectus est fractura terrarū ⁊ submersio turriū ⁊ edificiorꝫ ⁊ ciuitatū ⁊ suffocatio hoīuꝫ i illis. Et cā ē: qꝛ ꝑꝑ exhalationē inclusaꝫ terra iferiꝰ est ꝯcauata: iō exhalatiōe mouēte terrā ⁊ frāgēte cadit terra in ꝓfundū qñ exit exhalatio. ¶ Aliꝰ effectus est gñatio nouorꝫ fontiū in quibusdā locis qḋ ꝯtingit qñ ꝑtes terre ceciderūt ad aliq̄s ꝯcauitates: vbi fuerūt aq̄ latētes: ⁊ iste aq̄ ascēdūt ꝑ grauitatē terre: ⁊ sic exeūt ꝑ loca noua ⁊ nō fit aq̄ taliū fontiū de nouo ꝑꝑ exhalationē: ꝫ exeat ꝑ nouū foramē. ¶ Aliꝰ effectus est effusio maris sup terrā ꝑ modū inūdatiōis ⁊ cā fm Ari. est: qꝛ cū ꝑtes terre cadunt exeūte exhalatiōe: tūc qñqꝫ cadūt ad mare: ⁊ sic̄ in ista ꝑte erit inūdatio. vel alia cā est: qꝛ qñqꝫ ꝯtingit ꝙ exhalatio exiens ḋ loco terre cū fuerit mlta exit cū magno ipetu: ⁊ occurrit aliqñ ⁊ obuiat alteri exhalatiōi in ꝯtrariū venietī: q̄ est fortis ⁊ ipetuosa ⁊ ex tali ꝯcursu exhalationū q̄ sunt tanq̄ vēti qñqꝫ eleuat̄ magna portio aq̄ de mari ⁊ defert̄ ad alia loca: ⁊ tūc emittit̄ ⁊ sic fit inūdatio. ¶ Aliꝰ effectꝰ ē qñ fit obscuratio solis sic̄ ꝑdictū est ḋ signo ꝑcedēti. ¶ Alius effectꝰ est qñ fit gñatio nouorꝫ mōtiū: qꝛ exhalatio eleuat ꝑtes terre ⁊ facit inūdationes ⁊ mōtes. ¶ Aliꝰ effectus est qñ fit diuisio terrarꝫ vel mōtium q ꝑus erāt ꝯiūcti: sic̄ dicūt aliq ꝙ sicilia fuit ꝯiūcta italie: ꝫ ꝑꝑ quēdā terremotū fuerūt ille adiuicē sepate: sic ꝙ mare trāsit nūc iter istas ꝑtes. ¶ Aliꝰ effectus est appitio nouarꝫ isularꝫ i mari q̄ ꝑus nō apparebāt: ⁊ cā ē: qꝛ sub mari pñt gñari mōtes ꝑ terremotū. ¶ Itē aliꝰ effectus est qñ fit inūdatio vl̄ exitꝰ puluerū de rupturis terre: vbi fit terremotꝰ ⁊ inflāmatiōes qñqꝫ: ex qbꝰ cōburunt̄ ciuitates: sic̄ dicit Ari. ¶ Itē aliꝰ effectꝰ est ꝙ ꝯsequunt̄ mortalitates ⁊ pestilētie post terremotū: ⁊ cā est: qꝛ iste exhalationes exeūtes de terra exiccāt aerē: sic ꝙ hoīes nō pñt ibi manere nec viuere: ⁊ qñqꝫ exeūt vapores putrefacti ⁊ fetidissimi de subterraneis locis ⁊ ificiūt aerē: ⁊ hoīes: ⁊ ista signa nō sp oīa ꝯsequunt̄ verū terremotū: ꝫ aliqua fiūt: ⁊ aliq̄ nō: ⁊ qñqꝫ fiūt: ⁊ qñqꝫ nō fiūt ⁊ ꝑcedentia. ¶ Sꝫ notādū est de remedijs ꝯ terremotū ⁊ mala q̄ ꝯsequunt̄: vñ dicit Plinius ad cauēdū de illis malis meliꝰ est morari in vallibus q̄ꝫ in mōtibꝰ: ⁊ melius est hēre domos bassas q̄ꝫ altas ⁊ malū est morari iuxta montes ⁊ bonū in terra plana.

Ad rōnes pꝫ qd sit dōm: qꝛ nō est signū cōuertibile: sed cū alijs multis ꝯcurrēntibus est signuꝫ faciēs de timore ⁊ tremore futuro: q̄re ⁊c̄.

Questio.IX.

Q Ueritur nono vtrū tonitruū cāet̄ ex igne extincto in nube. Et arguit̄ ꝙ sic. qꝛ sicut est de ignito ferro extincto: ita est de tonitruo: ꝫ sonus illius fit sicut ꝑ ignē extinctū. q̄ ⁊c̄. maior pꝫ: qꝛ illi soni vident̄ idē soni nec differūt nisi fm magis ⁊ minus q̄ nō diuersificāt spēꝫ: ꝫ pꝫ ꝑ experiētiā. ¶ 2° in nube aq̄sa icludit̄ ignis vl̄ saltē aliqd de nā ignis vl̄ exhalatio calida cito ignibilis q̄ extīguit̄ qñ fit tonitruū. q̄ ⁊c̄. ꝯña tꝫ: qꝛ nō vr̄ ex alio cāri q̄ꝫ ex tali extinctione: ꝫ añs pꝫ i lr̄a. vbi dic̄ segregat̄ q̄dā calitas: ⁊ segregata qdē igit̄ calitas i supiorē spargit̄ locū: q̄cūqꝫ aūt exhalatio sicca i trāsmutatiōe ifrigidari aeris itercludit̄ ꝯuenietibꝰ nubibꝰ segregat̄: ⁊ vi latera offendēs ad ꝯtinētes nubes fac̄ ꝑcussurā cꝰ sonꝰ vocat̄ tonitruū: qḋ nō eēt nisi ignis vl̄ igneū icluderet̄ vl̄ ꝯtineret̄. ¶ 3° auctē Ari. ꝑ poste. vbi dic̄ tonitruū est extictio ignis in nube: ⁊ idē vult Linconiēsis ibidē. ¶ 4° si non. q̄ posset fieri tonitruū sine extinctione. h ꝯñs. nūq̄ꝫ aliqs fuit expertus. ꝯña ꝓbat̄: qꝛ ex q̄ nō ꝑ extinctionē. q̄ sine illa. ꝑta ꝑ aliū modū. s. ꝑ ꝑcussurā nubiū adinuicē. Ul̄r ꝙ posset tonitruū fieri sine nubibꝰ: sic̄ fit sonꝰ in igne: vt dic̄ Ari. circa rupturā lignorꝫ vl̄ ꝑ iflāmationē sonātē. ¶ 5° si nō: h eēt ꝓ tāto ꝙ exhalatio nō extigueret̄ in gñōne tonitrui. h ē fl̄ꝫ. ꝯña tꝫ: qꝛ si nō extigueret̄: tūc īmaneret: q̄re ⁊c̄.

Oppositū vult Ari. in 2° hꝰ. vbi vult ꝙ diuisio ipsiꝰ exhalatiōis ⁊ motꝰ exhalatiōis ad spissitudinē nubis icidētis faciat tonitruū audiri sic ꝙ nō ex extinctione ignis in nube: ꝫ ex motu forti exhalationis ignite ad spissaꝫ nubē causat̄ recte sonꝰ: sic̄ sonꝰ ꝑcussiōis añq̄ꝫ faciat ignē vl̄ fiat ignis ꝑꝑ qḋ dic̄ i lr̄a. fit aūt post ꝑcussurā ⁊ posteriꝰ tonitruo. s. coruscatio vl̄ ignitio: ꝫ vr̄ ꝑus: qꝛ visus anticipat auditū qḋ nō eēt si esset extinctio ignis in nube.

In ista qōne ꝑmo videdū est de mā ipsiꝰ tonitrui. Et deide videbit̄ de efficiēte ⁊ de forma: ⁊ de fine ⁊ de effectibus.

De primo sit ꝑ° ꝯ. ꝙ tonitruū gñat̄ ex exhalatione calida ⁊ sicca tāq̄ꝫ ex mā. ꝓbat̄: qꝛ eadē est mā coruscatiōis ⁊ fulminis ⁊ tonitrui: ꝫ mā coruscatiōis ⁊ fulminis exhalatio est calida ⁊ sicca. igit̄ ⁊c̄. maior pꝫ in lr̄a ⁊ minor silr. ¶ Sꝫ tñ notādū ꝙ nō capit̄ tonitruū ibi ꝓ sono illo q ꝑuenit ad nos h: ꝫ ꝓ corpe sonāte vl̄ cāute sonū: cuius spēs mltiplr ad nos: ⁊ illiꝰ mā est exhalatio: ⁊ ēt forte nubes tāq̄ꝫ corpꝰ ꝑcussuꝫ: ꝫ exhalatio tāq̄ꝫ ꝑcutiēs: nec volo ꝙ exhalatio sit sic̄ mā tāq̄ꝫ altera ꝑs ꝯpositi ex mā ⁊ foīa ꝫ tāq̄ꝫ subꝫ illiꝰ accītis: ⁊ h añq̄ꝫ vocamꝰ māꝫ. ¶ Et ꝯfirmat̄ ista ꝯ. qꝛ silr̄ sel̄ ascēdūt vapor ⁊ exhalatio vsqꝫ ad mediā regionē aeris. q̄ posle est ꝙ in ista media regiōe aeris exhalatio icludat̄ i vaporē ⁊ nubē: ⁊ sic fortificat̄ ꝑ antiparistasiꝫ: ⁊ ꝑꝑ h petit exitū ⁊ mouet̄ circa nubē ⁊ ꝑcutit ad latera nubis: ⁊ ex tali ꝑcussiōe cāuir sonꝰ: q vocat̄ tonitruū. ¶ 3° silē est de tonitruo: sic̄ ḋ alijs ipressiōibꝰ ignitis ad q̄s seqt̄ ignis: ⁊ mā taliū est calida ⁊ sicca. q̄ ⁊c̄. ¶ Sꝫ notādū ꝙ tonitruū vno mō cāuir ex ꝑcussiōe exhalatiōis ad latera nubis vt dcm̄ ē. Alio mō ex disrupiōe vl̄ fractiōe nubis ꝑꝑ ipetū exhalatiōis vehemēter excūtis. Et alio mō ꝑ motū flāme ꝑ aerē: ita ꝙ exhalatio fit iflāmata vl̄ successiue iflāmat̄ ita velociter ⁊ fortiter ꝙ ignis fac̄ sonū ⁊ istū moḋ tāgit Ari. vt dcm̄ ē. ¶ Sꝫ notādū est de ordine ꝙ aliqḋ tonitruū fit sine nube: iō videmꝰ exhalationē qñqꝫ igniri ⁊ moueri cū sono: ⁊ silr i istis iferioribꝰ qñ flāme cādelarū mouent̄ ꝑ aerē faciūt vnū paruū sonū. ¶ Itē si vna cādela eēt nouiter extincta ⁊ teneret̄ alia cādela accēsa iferior i via fumi iflāmaret̄ cādela supior cū q̄dā sono. ¶ Et sic imaginādū est de tonitruo: vñ imaginat̄ Ari. ꝙ nubes supiꝰ sūt valde dēse ꝑꝑ friditatē medie regionis: ꝫ iferiꝰ ꝑꝑ calorē ifime regiōis sūt rare: ⁊ tūc exhalationes calide ⁊ sicce qñ mouent̄ supiꝰ ad nubes ꝑꝑ nimiā dēsitatē: tūc nō pñt trāsire: ⁊ sic ꝑcutiūt ad istas nubes: ⁊ redeunt hic iferiꝰ cū sono: ⁊ ista ē cā: q̄re nō fulminat v̄sus celū: sicut v̄sus terrā ⁊ v̄sus nos: ꝫ. diuersitas sonorꝫ tonitrui fit ex diuersitate nubis fꝫ ꝑuitatē ⁊ magnitudinē dēsitatē ⁊ raritatē ⁊ fꝫ dispōnē figure nubis: qꝛ alr̄ causat̄ sonꝰ qñ nubes rūpitur ⁊ dissipat̄ in ꝑtibꝰ q̄ꝫ qñ solū ꝑcutit ad latꝰ sine ruptura: ⁊ aliter qñ superius ad nubem: ⁊ aliter qñ inferius.

Nunc ergo dōm est de cā foīali: vñ satis pꝫ ex dictis ꝙ si tonitruū sit actꝰ siue accīs: ⁊ ꝑ ꝯñs. ⁊ foīc nō est cā foīalis. iō nec tonitrui: ꝫ si sumat̄ tonitrū ꝓ exhalatione sonāte: tūc exhalatio est mā ⁊ sonꝰ est foīa. Sꝫ adhuc notādū de efficiēte ꝙ cā efficiēs mediata ē calor soliū: ꝫ īmediata ē calor ⁊ leuitas exhalationis. Sed de cā finali pōt dici ꝙ finalr̄ fit ad terrēdū hoīes fꝫ ꝙ vult Tulliꝰ ꝙ ꝑꝑ terrorē honorēt deū. ¶ Alr̄ pōt dici ꝙ fit finalr̄ ad purgādū aerē: qꝛ qñ aer sic mouet̄: tūc viscositas aeris corrūpit̄ ⁊ alie q̄litates aerē ificiētes. ¶ Et pōt dici ꝙ cāꝫ finalē ignoramꝰ sic̄ ⁊ mltorꝫ aliorꝫ effectuū: vñ ad qd fit sonꝰ si ferrū ignitū mādat̄ aq̄ scimꝰ bñ cām efficiētē: ꝫ ignoramꝰ determināte finalē. ¶ De effectibꝰ cōiter solēt duo assignari. Primū est. qꝛ ꝯtigit ꝙ ex forti motu aeris qñ fit sonꝰ tonitrui aliq̄ aīalia ꝓsternunt̄: ⁊ qñqꝫ aliq̄ arbores frāgunt̄: qꝛ qñ aer ē fortiter motꝰ citiꝰ diuidit aliq̄ corpa rara q̄ꝫ dēsa ꝑꝑ subtilitatē suā. ¶ Aliꝰ effectꝰ est ꝙ qñqꝫ aliq̄ aīalia fiūt surda ꝑꝑ toni-

Ari. ꝑmꝰ de cā mālī ipsiꝰ tonitrui.

Ari. 2° ꝯclō tribꝰ ⁊ mā tonitrui.

De effectibꝰ duo tonitruum.

truū. Et cā hui⁹ est: q̄ pellicula auris vel tympanū: qḋ dicit̄ miringa pp̄ nimis forte sonū aeris corrūpit̄ cū defert̄ son⁹ ad auditū: ⁊ sic frāgit̄ illi⁹ pellicula cū sit subtilis ⁊ aer ī aure exit. Et sic nō est organū audit⁹: ⁊ sic fiūt surdi. Ħ qn̄q₃ cōtigit ī ābab⁹ aurib⁹: qn̄q₃ ī vna tm̄. ¶ Alr⁹ effect⁹ ē q̄ qn̄q₃ ceruisia noua qn̄ ē ī ebullitiōe supueniēte tonitruo corrūpitur ⁊ solēt hoīes vitrū vel petras vitri ꝓicere ne corrūpātur: ⁊ cā est: q̄ ī ebullitiōe tūc tonitruū faciēs tremorē aeris ⁊ vasoꝝ: in q̄bus ꝯtinet̄ ceruisia ⁊ cōmouet ceruisiā: ⁊ sic q̄ ea q̄ deberēt supius residere cōmouent̄ iferius: ⁊ inferiora supius: ⁊ iō ꝯtingit Ħ sic aliqn̄ ꝯtingeret si motus violēt⁹ fieret: ⁊ Ħ qn̄q₃ attribuit̄ fulmini ⁊ poss̄e est: q̄ aliqn̄ fulmē sit ī cā. ¶ Sz ꝯ̄ ṗdicta dubitat̄ cū exhala⁹ fuerit eleuata ad nubes ⁊ iclusa nūq̄d repleat totū locū ⁊ ꝯcauitatē nubiū. ⁊ vī q̄ nō: q̄ alr nō posset vndiq₃ ad latera repcutere nubis faciēdo tonitruū: q̄ vndiq₃ nubes eēt imediata exhalatiōi ṡ₃ extremitatē: ⁊ iō opꝫ aliq̄s ptes eē carētes exhalatiōe ⁊ nube si deberet fieri tonitruum ṡ₃ modū ṗdictū. ¶ Ad Ħ dī q̄ exhalatio eleuat̄ in ṗn° cū vapore: ⁊ sic retinet̄ a nube: ⁊ postea segregat̄ vapor ex exhalatiōe nubiū p̄ friditatē nubiū ⁊ exhalatio ꝯdēsat̄ postea: ⁊ sic aer subintrat p̄ nubes iuxta exhalationē: ⁊ postea ꝯfortat̄ exhalatio: ⁊ petit exitu₃: ⁊ supius exire nō pōt pp̄ dēsitatē nubiū: iō pcutit ad supiorē ptē nubis ⁊ reflectit̄ deorsu₃ ad ptes iferiores: ⁊ sic pcutit ad illas: ⁊ qn̄q₃ ad lat⁹ vel ad latera nec opꝫ derelinquere aliqḋ vacuū. ¶ Itē dubitat̄ ex quo nubes est mā̄ ꝑrara ad modū fumi vl̄ caliginis: q̄lr pōt reflectere exhalationē venietē cū tāto ipetu. ¶ Ad Ħ dī q̄ nubes est dēsior fumo vl̄ caligine ⁊ est multū frida: ⁊ pp̄ nimiā friditatē medie regionis aeris ⁊ mltitudinē nubiū sil̄ repellit̄ exhalatio cal̄a: vt dcm̄ est ṗus. q̄ ꝯ̄ria seinuicē hn̄t mouere localr̄ p̄ antiparistasi₃. ¶ Ex his pꝫ q̄b⁹ tpib⁹ debēt fieri pl̄a tonitrua: ⁊ q̄b⁹ nō. Q₃ ī hyeme nō pp̄ defectū exhalatōis ex q̄ fiūt: nec multū ī medio estatis: q̄ tūc calor ē nimis fortis sic q̄ ꝯsumit tā vaporē q̄₃ exhalationē ex q̄ fiūt ⁊ r̄soluit ī aerē: s₃ ī tpib⁹ medys: sic̄ ī autūno ⁊ ī fine veris tūc pl̄a fiūt pp̄ exhalatiōes.

Dubita° circa dcl.

Dubita° pulchra.

Ad pnci/pales rōnes.

Ad rōnes. Ad ṗ^{as} negat̄ maior: q̄ nō est sile: q̄ q̄₃uis soni sint siles: tñ nec silī modo nec silī motu mouēdo gn̄ant̄. ¶ Ad aliā: in nube aq̄ła ⁊c. añs ꝯcedit̄ quo ad ṗ^{am} ptē disiūctiue: s₃ negat̄ ꝯn̄a. Ad ꝓbōnē dī q̄ Imo ex motu sine extictiōe Ħ ꝯtigit. Ad auctē Arist. dī q̄ ipse logt̄ exēplariter: ⁊ exēploꝝ nō reqrit̄ veritas: ⁊ iō non opꝫ illud eē veꝝ. Uel pōt dici q̄ illud aliqn̄ pōt fieri vl̄ nō sine extictiōe. ¶ Ad aliā ꝯcedit̄ ꝯn̄s. Ad iprobōnē qn̄ dicit. nūq̄₃ aliqs ⁊c. dī q̄ imo: q̄ qn̄ ignis ē son⁹: fit tñ postea ignis extigtur: s₃ ṗus tonitruū ē añ extinctionē: imo recte ī gn̄ōne ignis ē son⁹ ⁊ nō ī corruptiōe: s₃ nō audim⁹: q̄ visibile citi⁹ multiplicat suā spēz q̄₃ audibile: iō videm⁹ ignē añq̄₃ audiam⁹ sonū. ¶ Ad aliā ꝯcedit̄ q̄ gn̄at̄ extinctiōe ignis: ⁊ p̄ motū: nec possum⁹ talē motū Ħ repire pp̄ nimiā distātiā: iō opꝫ nos ꝯiecturari iux̄ ea q̄ videm⁹ Ħ. Et sic pꝫ qḋ ⁊c. Qō.X.

Queritur decimo vtrū tiphō ⁊ enefias fiāt ex exhalatiōe cal̄a ⁊ sicca. Et arguit̄ ṗ q̄ nō: q̄ ifrigidāt. g̊ nō sunt ex mā̄ cal̄a ⁊ sicca. ꝯn̄a tꝫ de se. ⁊ añs pꝫ p̄ experiētiā. q̄ vētus est tiphō ⁊ enefias ifrigidāt. ¶ 2° aliqn̄ apparēt ista exñte serenitate. g̊ illa nō fiūt ex exhalatiōe cal̄a ⁊ descēdēte de nube: sic̄ maxīe oporteret si sic eēt. ꝯn̄a tꝫ. ⁊ añs pꝫ ad experiētiā. ¶ 3° arguit̄ de tiphone spālr: q̄ si sic: tūc nō mouet̄ circulariter: pꝫ: q̄ exhalatio mouet̄ directe sursu₃ recedēdo a me°: ⁊ falsitas pꝫ in l̄ra. ¶ Itē tiphon ascēdit de terra directe. g̊ nō descēdit de nube nec mouetur circulariter: vt dīc Arist. ꝯn̄a satis pꝫ. ⁊ añs silr: q̄ eleuat res sup terrā iacētes ducēdo sursu₃. g̊ ascēdit. ¶ 4°. tāta mā̄ nō posset icludi sic in nube q̄ remaneret cal̄a ⁊ sicca: ⁊ q̄ tales effectus cāret. g̊ ⁊c. ꝯn̄a tꝫ: q̄ si debēt venire de nube: oporteret q̄ ibi fuerint ṗus: s₃ añs pꝫ: q̄ nubes sūt valde parue nō occupantes vnā totam regionem. quare ⁊c.

In oppositū est Arist. in l̄ra circa ṗn^{m} tertij: vbi dīc q̄ eodē mō dōm est de residuis mō quo prius dictū est de calidis ⁊ siccis: ⁊ subdit q̄ ille sit spiritus segregatus seu exhalatio calida ⁊ sicca.

In qōne ista ṗmo dicēdū est de tiphone. 2° de enefia. ⁊ tertio de intensione.

Quātū ad ṗ^{m} sciēdū est q̄ tiphon est vētus q̄ directe descēdit de nube ⁊ obuiāte sibi aliquo vēto misceť illi ⁊ ambo sil̄ circulariter mouent̄: ⁊ sic mouēt stramina ⁊ pulueres ḋ terra: ⁊ qn̄q₃ hoīes ꝓut sūt fortiores. ¶ Ulteri⁹ sciēdū est q̄ iste vētus gn̄at̄ sic q̄ in nube aq̄ła ⁊ frida includit̄ exhalatio subtilis: ⁊ multa aq̄ fortificata iteri⁹ per circūstātiā ꝯ̄riā petit exitū de nube: q̄ est maxīe leuis: g̊ cū ipetu ascēdit ad ptē supiorē nubis a q̄ pp̄ dēsitatē iterum repellit̄ deorsum: ⁊ ex vi alterius ipulsus diuidit nubē in inferiori pte: vbi est debilior: ⁊ sic ibi flectit̄ ⁊ circulariter moueatur vsq₃ ad terrā: s₃ tñ meli⁹ vī q̄ circulatio fiat ex obuiatione vētoꝝ circa terrā: sic̄ ꝯtigit circa edificia ⁊ portas sicut dī in l̄ra: ⁊ iō frequēti⁹ circa mōtes ⁊ loca vētosa fiūt tales vēti: q̄ ibi ē terra a latere ad quā pcutiūt vēti: ⁊ circulr̄ reflectunt̄: ⁊ ex illo patēt cāe tiphonis: q̄ cā māl̄is est exhalatio. Efficiens est calitas ⁊ siccitas: foīalis est vna foīa mista imperfecti cui nō hēm⁹ nomē ipositū: s₃ finalis ē purgatio aeris. ¶ Sz nōn^{m} de dr̄ia tiphonis ⁊ fulminis: q̄ fulmē fit ex tali mā̄: magis tñ grossa est mā̄ tiphōis q̄₃ fulminis vt postea videbit̄. ¶ 2° differūt ex pte mot⁹: fulmē ēt directe descēdit sine circulatiōe: tiphō aūt nō vt ṗus patuit. ¶ 3° differūt ex pte mā̄e: q̄ mā̄ tiphonis nō ē iflāmata: sic̄ mā̄ fulminis. ¶ Sz ꝯ̄ ista fiūt istātie. nā vī q̄ tiphō nō debeat moueri circulr̄ deorsu₃. nā aer iclusus in aq̄ q̄ multo dēsior est nube ascēdit p̄ aquā nō repulsus a dēsitate. g̊ nec tiphō a dēsitate nubiū. p̄ locū a maiori. Sz mā̄ tiphōis nō solū sicut nubes descēdit pp̄ dēsitatē: sic̄ ēt pp̄ q̄litates ī nube q̄ illas depellūt. ¶ Sz ꝯ̄: q̄ ꝯsilr̄ diceres de aere sub aq̄: ꝯ̄rias enim hn̄t q̄litates. ¶ Itē vī q̄ in iferiori pte nubis debeat fieri reflexio: ⁊ nō in supiori pte: cū ibi sit dēsior: ex q̄ plus distat ab elemētis calidis. ¶ 3° iposs̄e est mām vēti ascēdē ad mediā regionē. g̊ tiphō nō ascēdit. añs ꝓbat̄: alr̄ enī in sūmitatib⁹ mōtiū possent eē vēti. ¶ Ad ṗ^{m} dī sic̄ dcm̄ est pp̄ ꝯ̄rietatē loci vl̄ cōtinētis. Ad iprobōnē ꝯsir eodē mō de aere ⁊c. negat̄. nā l₃ aer sit calid⁹: nō tñ itātū q̄ ex Ħ repellat̄ ēt in tātū subtus est de frigore aq̄ pellēs sursu₃ sic̄ supra. ¶ Ad aliā ꝯcedit̄ q̄ in supiori pte nubis. Ad iprobōnē q̄ inferius 2° inferi⁹ dō₃ q̄ iferi⁹ sūt nubes rariores pp̄ calefactionē radiorū. ¶ Ad aliā: imposs̄e est ⁊c. negatur añs. Ad pbationē dicit̄ q̄ in vaporibus mā̄ venti pōt eleuari intātū vsq₃ ad mediā regionē: sed sola non pōt. Potest etiā dici q̄ materia tiphonis: nō est ita pure sicca sicut materia aliorum ventorum: sed est coherens in partibus ⁊ viscosa.

Arist. p°.

Cāe tiphonis.

Nunc ergo dōm est de enefia q̄ est vētus magnus descēdēs cū magno ipetu a nube: ⁊ deuastat ⁊ corrūpit mlta sup terrā: sic̄ q̄ ī nube pua icludit̄ exhalatio pua ⁊ fortificata petit exitū ducēs post magnā ptē nubis: ⁊ sic descēdit ipetuose ad terrā ⁊ ꝯtigit mltotiēs ante magnas pluuias ī estate ⁊ differt a tiphone: q̄ tiphō est ex mā̄ subtiliori: ⁊ mouet̄ circulr̄: s₃ iste recte mouet̄: ⁊ cā dicta ē ṗus. ¶ Itē tiphō raro fit ī hyeme: s₃ plies ī estate: s₃ enefias eꝯ̄: ⁊ tiphō exit p̄ locū strictū: ⁊ alter p̄ āpliū: ⁊ tiphō sepe fit appentib⁹ nubib⁹: ⁊ enefias Ħo raro vel nunquā.

Arist. 2°.

Sed de effectibus dicit Arist. q̄ veniēte enefia apparet aliq̄ obscuritas pp̄ cōmistionē multaꝝ exhalationū q̄ sunt multū terrestres ⁊ grosse ⁊ in nube: ⁊ accidit post enefiā magna pluuia: q̄ secū adducit nubē pluuiosa₃. ¶ De tiphone sciēdū q̄ tiphō descendens

Arist. 3°.

scēdēs aliqn̄ inflāmat̄ vel pp velocitatez sui motus ꝛ post incēsionē sue q̄litatis:ꝛ tūc ista mā inflāmata vertit̄ ꝛ incensio fit p talē motū:ꝛ qn̄qz cōburunt̄ ville:ciuitates:ꝛ descēdit de die ita bn̄ sicut de nocte: vt apparet sicut rota ignita.

Ad rōnes. Ad p^m dr̄ φ nō quātū est de se nisi tunc descēdat p loca nimis frigida pp que pōt īfrigidari:sicut alij vēti. ℂ Ad 2^m ꝯcedo añs:ꝛ nego ꝯn̄az: qꝛ nubes remouent̄ anq̄ȝ veniant ad nos. ℂ Ad 3^m negat̄ ꝯn̄a:qꝛ quāuis exhalatio moueat̄ directe sursum:tn̄ in fine postq̄ȝ surgit de nube pōt moueri circulariter vel motu gyrationis. ℂ Ad 4^m negat̄ ꝯn̄a:sȝ dōm est φ cū h̄ prīt ples parue que eleuāt vnā magnā:ꝛ h̄ de qōne ꝛc. Qō.XI.

Vndecimo q̄rit̄ vtꝝ fulmē sit ignis descēdēs ō nube. Et arguit̄ φ nō:qꝛ si sic:tūc eēt ibi genit⁹ vel nō. p̄ mō nō:qꝛ nubes est aquea ꝛ frigida q̄ extiguit ignē ꝛ nō gn̄at. nec 2° modo:cū non eēt alius locus vn̄ veniret. ℂ 2°. qō implicat fl̄m. ḡ ipsa est falsa. añs pbat̄. nā īplicat φ ignis descēdat:qō est fl̄m. ℂ 3° si sic. tūc cōburerent̄ ista sup q̄ incideret. ꝯn̄s est falsuȝ:qꝛ videm⁹ φ interficit ea sup q̄ cadit sine cōbustione ꝛ sine vulnere. ꝯn̄a pȝ: qꝛ ōis ignis est aptus nat⁹ cōburere cōbustibilia. ℂ 4° si sic. ḡ indifferēter a q̄lȝ nube ꝛ a quocūqz loco:ꝛ ī quocūqz tpe vel ab aliq̄ sic:ꝛ ab aliq̄ nō:nec tpe oī. nō p^m:qꝛ hoc ad experiētiā videm⁹. nec 2^m:qꝛ maxie tpib⁹ ꝑpatis ꝛ locis fieret. vt dicit Ari. in l̄ra:sȝ hoc est fl̄m:qꝛ nō est calor ad h̄ sufficiēs. ℂ 5° aut sit cōbureret̄ qōlȝ īdiffe^ter qō pcuteret̄ a fulmine vl̄ nō. nō p^m:qꝛ pcutit dura:sic ferrū clipei nō leso ligno:sic dicit Ari. in l̄ra sic ꝛ vestimēta tripla:sic accidit ī ephebo. nec aliq̄ sic. ꝛ aliq̄ nō:qꝛ sic ali⁹ ignis nullā hȝ diāz ad cōbustibilia:sic nec fulmē habebit fl̄r:qō est ignis. quare ꝛc.

Oppositum vult Aris. in l̄ra. vbi dicit. si aūt in nube multus ꝛ subtilis abstrahat̄ spūs hic fit fulmē qō nō eēt nisi eēt ignis descendens.

In ista qōne primo videbit̄ de generatione fulminis. Secundo videbit̄ de effectibus fulminis cum solutione rationum.

Arti.1us. **Quātū** ad p^m nōn^m φ in nube qn̄qz includit̄ exhalatio cala ꝛ sicca ꝛ subtilis dispsa p nubē ꝛ ex ꝯriete de ei⁹ cū nube cōgregat̄ ꝛ fortificat̄. ꝛ sic fortificata petit exitū ꝛ frāgit nubē in pte īferiori ex īpetu isti⁹ mot⁹ inflāmat̄ exhala°:ꝛ tūc qn̄qz ꝯtigit φ exhala° īflāmata dispgit̄ ī lat⁹: ꝛ tūc vocat̄ fulgura°:ꝛ tūc pp fortē īpetū, ꝛ expulsionē venit vsqz ad terrā ignīēdo:ꝛ aliqn̄ mo^r p viā strictā:ꝛ tūc vocat̄ fulmē qn̄ sic īcēdit̄:ex q̄ pȝ gn̄atio fulminis ꝛ fulguratiōis. 2° dr̄. qꝛ maior virt⁹ reqrit̄ ad gn̄an^m fulmē q̄ȝ fulgu^m:qꝛ fulguratio fit pp defectū expellētis māȝ deorsuȝ:sȝ nōn^m φ Ari. vr̄ dixisse de duplici fulmine:qꝛ ō grosso ꝛ subtili:sȝ alij apponūt 3^m φ est penetrās φ trāsit p ligna ꝛ nō cōburit ea sic declarat exēplis:ꝛ ille est valde subtile:sed aliud est valde dissipās ꝛ magis cōglobatū:ꝛ illud est grossum:sȝ 3^m est adurēs. Et illa differūt ēt in alijs accn̄tib⁹:sic ī colore:ꝛ motu:ꝛ talia qn̄qz fiūt albi coloris ad modū flāme albe. Aliud est q̄dāmō rubeū:sicut croceū ꝛ aliud rubicūdū ꝛ aliud q̄si nigrū:ꝛ illa diuersitas ꝑuenit ex diuersitate māe fulminis quēad^m diuer^sas coloris flāme ignis:ꝛ alr̄ ꝯtigit illa diuer^sas pp diuer^sm medioꝝ p q̄ vident̄ fulmina: ꝛ sic quāuis eēnt eiusdē coloris:tn̄ apparēt diuersoꝝ coloꝝ sic sol appet puniceus pp caliginē. vt dr̄ 7° tractatu. Illa sit̄r differūt motu:qꝛ ꝯtingit aliqō moueri trāsuersalr̄ ad modū volat⁹ aīalis:vel sic vēti mouent̄:cū mouent̄ directe deorsuȝ:ꝛ aliqn̄ attingit terrā:ꝛ aliqn̄ nō:sȝ h̄ ꝯtigit raro. s. φ directe deorsuȝ descendat:qꝛ tales īpressiōes ignite frequēti⁹ vadūt ad lat⁹:ꝛ iō ītrāt p fenestras ꝛ cōburūt sacerdotes. Differūt ēt mā ꝛ loco gn̄ōnis:qꝛ aliqō gn̄at̄ in nube sic dcm̄ est. Aliud ēt gn̄at̄ ī terra: vt qdā dicūt fulmē exire de mōtib⁹:ꝛ qn̄qz ibi gn̄at̄ ex qbusdā fontib⁹ sulphureis defluētib⁹ sub terra:ꝛ subtus est q̄dā minera ex q̄ eleuant̄ q̄dā exhalatiōes cale ꝛ igniūt̄. ℂ Alij dicūt φ vbiqz ꝯtingit:nā si qs fortiter ferrū ignitūȝ intrudat vehemēter ad aquā frigidā generat̄ fulmen:ita φ generat̄ vna flāma:sed nō hȝ oēs ꝓprietates fulminis. Ex his pȝ cā mālis:qꝛ exhalatio:cā efficiens:qꝛ frigiditas ꝛ calor intrinsecus ꝛ motus. cā formalis:sicut in alijs. Et finalis similiter vel si illa nō sit finalis potest esse alia.

Arti.2us de effectibus fulminum mirādis. **De secūdo** scȝ de effectib⁹ fulminis est sciēdum φ qn̄qz ꝯtingit φ gladius in vagina vl̄ pecunia in bursa liq̄fit sine lesione vagine vel burse ꝛ ossa aīaliū incinerāt̄ carnib⁹ circa ossa illesis:ꝛ cā est:qꝛ tale fulmē est valde penetratiuū. ḡ pp subtilitatē ei⁹ vaginā penetrat quousqz iueniat aliqō resistēs:qō nō poterit cito penetrare ꝛ illud pp morā quā circa ipm facit comburit ꝛ cōminuit. ℂ 2° ꝯtingit φ penetrat nec adurit aliqn̄:sȝ dissipat ꝛ dirūpit ꝛ frāgit corpa:sic lapides ꝛ ligna:ꝛ est qꝛ hoc est ex mā viscosa fortiter inherēti ꝛ magno īpetu pcutit corpa:ꝛ sic dissipat ea. Alij dicūt φ hoc est:qꝛ cū eo cadūt qdā lapides vl̄ metalla gn̄ata supius a qb⁹ fit talis dissipatio:ꝛ poīe est φ ita fit qn̄qz. ℂ 3° cōtingit qn̄qz φ illud fulmē totalr̄ adurit sic φ qn̄qz p ipȝ cōburunt̄ ciuitates ꝛ nemora. ℂ 4° aliqō fulmē denigrat aliq̄ corpa tacta ab ipo ꝛ aliq̄ facit crocei coloris:ꝛ h̄ appet in faciēb⁹ hoīuȝ:ꝛ aliqn̄ in folijs vinearum. ℂ 5° accidit pp cōbustionē corpoꝝ a fulmine qdā mōs sulphureus:ꝛ h̄ pp viscositatē māe fulminis:ꝛ alias q̄litates ꝯcurrētes. ℂ 6° accidit φ qn̄qz magnus vētus ꝯcomitatur vel seq̄t fulmē:ꝛ qn̄qz p̄cedit:ꝛ cā est: qꝛ qn̄ exhalatio pellit aerē:ꝛ ille pulsus pellit aliū:ꝛ sic mouet̄ aer q̄si vētus p̄cedēs ꝛ multa pars exhalatiōis ꝯuertit̄ in vētū. ℂ 7° accidit φ pcussa a fulmi:sic aliq̄ aīalia sūt venenosa ꝛ piculosa ad comedēdū:ꝛ h̄ pp māē maliciē fulminis. ℂ 8° ꝯtingit φ qn̄qz pp fulmē doliū rūpit̄:ꝛ nō exit vinū:ꝛ cā est:qꝛ lignū duri⁹ ē vino. ḡ rūpit̄ ꝛ v̄tute fulmīs tota viscositas vini pellit̄ ad sup̄ficiē vini:ꝛ fit q̄dā sup̄ficies vel pellis circūdans vinū ad modū cutis:ꝛ sic pōt vinū ꝑmanere. Et dicūt qdāȝ φ solū p tres dies ad mai⁹ durat:ꝛ φ postea ꝯsumit̄ illa viscositas ꝛ pellis ꝛ illud vinū est venenosūȝ valde pp cāȝ p̄dictā. ℂ 9° ꝯtingit φ fulmē pcutiēs corpa venenosa remouet venenū:ꝛ si pcutiat corpus sanū facit illud venenosum: nec est incōueniēs:qꝛ aer sufflatus extinguit cādelā accēsaȝ ꝛ extinctā accēdit ꝛ sol idurat lutū ꝛ liq̄facit cerā:qō est pp diuersitatē dispōnū māe. ℂ 10° ꝯtingit fulmē fieri φ vbicūqz attingit hoīeȝ siue in digito siue in pede īterficit totum hoīeȝ:ꝛ h̄ est pp venenositatē suā: qꝛ alterata vna pte ista alterat aliā:ꝛ sic totū sic ꝯtingit in alijs venenosis: vt pȝ in morsu rabidi canis:ꝛ in pūctione araneaꝝ ꝛ serpētū. ℂ 11° ꝯtingit φ nullū aīal euadit a fulmine pcussuȝ excepto solo hoīe pp h̄ φ est nobilius:vel ēt qꝛ hō plā scit ꝛ meli⁹ medicinis pōt iuuari. ℂ 12° ꝯtingit φ dormiēs pcussus fulmine īuenit̄ hēre aptos oculos:sȝ vigilās clausos:cā ē p̄mi qꝛ dormiētes pcussi p subitā lesionē expgesiūt ꝛ apiunt oculos:ꝛ sic moriunt̄ aptis oculis. ℂ 13° accidit φ oīa pcussa a fulmine vertunt faciē circa fulmē ꝛ ꝯ locū a quo venit:ꝛ cā est in aīalis:qꝛ nālr̄ sunt nata ad defendēdū se:ꝛ iō vertūt se v̄sus illuc vn̄ venit offensio:ꝛ pp stupefactionē ꝛ admirationeȝ vertūt se illic:sȝ īanimata pp alterationē magnā factā ex ista pte se flectūt illic. ℂ 14° accidit φ fetus corrūpit̄ in vētre mr̄is matre illesa:ꝛ hoc est pp debilitatē magnā fetus. ℂ 15° accidit φ in corpib⁹ exiccatis veneno fulminis nō generant̄ vermes:tn̄ aliq dicūt φ in venenatis a fulmine hn̄ ꝯtingit:sed nō in alijs:ꝛ pōt eē cā:qꝛ venena sunt multū diuersa:ꝛ fm̄ diuersitatis modoꝝ prīt fieri diuersa: sȝ determinate cāe sunt nobis occulte ꝛ ignote. ℂ 16° ꝯtingit φ sereno tpe aliqui interficiunt̄ a fulmine:ꝛ cā est:qꝛ eleuat̄ hn̄ exhalatio sine nubibus:ꝛ ꝓpter medie regionis frigus re

percutitur a tpe sereno. ¶ 17° 9tingit q fulmē nō ledit nimis i locis subterraneis: ₹ nō tantū sicut i altis: ₹ cā est: q2 nō facile est fortia edificia ₹ terra penetrare sicut aerē. ¶ Sz de remedys circa fulmē. dicit Seneca q antiqtus reges q̄n erāt i cāpis tpe fulminis tāgebāt tētoria pellib⁹ vituloꝝ ma rioꝝ: ₹ cā ē: q2 bīt ista a tota spē p qd fulmē nō ledit res: ₹ sic ptz eē q̄dā lapides vl' berbe bītes v̄tutē ɔ̄ fulmē. q̄re ₹c.

Virtutes contra fulmina.

Ad rōnes.

Ad p̄am ɔcedit ans. Ad improbōnē locis ₹c. dico q in ̧pposito boc nō nocet. ¶ Ad aliā dōz q B bn̄ pōt fieri violēte vl' aliquo extrinseco incipiēte actionē q postea sic moueat̄. ¶ Ad 3^{am} ɔce' q aliq̄ cōburit: ₹ nō oia pp̄ diuersas dispōnes fulmis ₹ mãe. ¶ Ad aliā i aliq̄ tpe ₹c. dico q fit f3 dispōnē tēpoꝝ ₹ mãe rii. ¶ Ad 5^{am} dī q dint dispōnes mãe. Et sic pz vltia qōne libri tertij metbauroꝝ Ari. Ad laudem oīpotētis Jesu chri ₹ genetricis eius Marie seraphici Frācisci ₹ gloriose Catherine: necnon totius curie celestis. Amen.

¶ Explicit liber secundus. Incipit tertius.



PRimo q̄rit̄ vtrū ois radi⁹ visualis refrāgat̄ in occursu medij densioris vel rarioris. Et arguit̄ p̄ q nō. nā radius ppēdicularis reflectit̄ ₹ nō refrāgit̄. g̃ a multo fortiori oēs alij radij reflectunt̄ ₹ nō refrāgunt̄ in occursu medij dēsioris. ɔña tz ex B q ppēdicularis radius est oiu3 fortissimus: pp̄ qd dicūt pspectiui q radi⁹ ppēdicularis penetrat in refract⁹ vl' nō refract⁹. ans pz. nā p experiētias videm⁹ q oculus fuerit ppēdiculariter obiect⁹ speculo q radi⁹ visualis reflectit̄ sup eūdē oculū: ₹ B est qd dicit 2° ɔ̄ libri de speculis: q̄licūq3 speculo incidit radi⁹ eq̄les faciens angulos bis sup seip̄z reflectit̄: ₹ pz q ppēdicularis radi⁹ ē talis q eq̄les facit angulos ex vtraq3 pte. g̃ reflectit̄ ₹ reuertit̄ in seip̄z. ¶ Scdo si sic tūc idez accidēs esset in diuersis subiectis. ɔñs est flm: salte de accitibus extēsis: q2 accitis numerant̄ numeratiōe subtoꝝ. 7° meta. s3 ɔña ̧pbat̄: q2 radius visualis est accns cū sit spēs p quā fit visio: si g̃ talis radius frāgit̄: igit̄ est in p̄ medio ₹ in medio occurrēte. al's nō eēt radi⁹ fract⁹: q2 nullus radi⁹ in p̄ medio est fract⁹: nec aliquis in 2°. si g̃ tot⁹ radius dī fractus erit idē radi⁹ in ambobus medijs ₹ subtis. ¶ 3° si sic tūc nibil posset videri in eodē loco in q̄ est: vel apparere eē vbi est. ɔñs est flm: ₹ ɔ̄ experiētiā. ɔña tz ex boc: q2 organū visus est qdā mediū dia pbanū dēsius q̄3 sit aer. si g̃ ois radi⁹ in occursu dēsioris medij frāgit̄: seqt̄ q frāgit̄ sup organū visus: ₹ si sic cū visus extimet vel iudicet oia q̄ videt lineis rectis se videre. fm q dicit 2^{m} p̄n^{m} libri de speculis: visa oia recte videri: seqt̄ etiā q res appareat ̧ppinqus eē q̄3 sit vel remoti⁹: q2 appet in termino recte linee subtēse angulo quē cāūt due linee cāntes fractionē: ₹ illa breuior est illis duab⁹ f3 q appet p 2o^{as} ɔ̄nē p̄' Euclidis vl' appebit remoti⁹ pp̄ diuersitatē mediorū. ¶ 4° si sic. tūc radi⁹ visualis bēret resistētiā in occursu dēsioris. ɔñs est fl3. ɔña t3: q2 radi⁹ nō frāgit̄ sine cā: nec sine resistētia maiori: q2 si eēt eq̄litas medioꝝ nō frāgeret̄: s3 falsitas ̧pbat̄: q2 si lumino§ 3 vel visibile duob⁹ medijs illuminabilib⁹ ineq̄lr dēsis subito vel in instāti eēt approximatū ipm illuminaret eq̄ cito vtrūq3: imo vtrūq3 subito vt puto. g̃ nō est maior resistētia: imo nā nec in vno nec in alio: alr si eēt resistētia cāret successionē: q2 successio cāur ex re-
T.c.71. sistētia mobil' ad motorē: vt dic̄ Cōmē. 4° pby. ¶ 5° si sic.
T.c.118. tūc visus vel visio fieret extramittēdo. ɔñs est flm: ₹ ɔ̄ 2^{m} de aia. ɔña t3: q2 radius visualis nō est aliud q̄3 radi⁹ ̧pcedēs a visu: ₹ si ille frāgit̄ erit extramittēdo. ¶ 6° si sic. ponat̄ igit̄ q occurrat mediū rari⁹ postq̄3 radi⁹ fuerit ̧pduct⁹ in dēsiori: tūc p qōnē talis radius frāgeret̄ ēt: s3 B ̧pbat̄ eē flm: nō eni frāgit̄ ex nā radij: cū radi⁹ sit aptus nat⁹ directe ̧pcedere: ₹ nō est ipeditus p mediū rari⁹: q2 q̄cq̄d pōt dēsi⁹ mediū agere: boc pōt ₹ in rari⁹: ₹ adbuc plus: g̃ si pōt recte ̧pcedere in dēsiori medio poterit ēt in rariori f3 eādē rectā lineā ̧pcedere: nec pōt dici q mediū B nō faciat: s3 radi⁹: q2 capto pūcto in dēsiori medio a quo dicis radiū se curuare. Querit̄ tūc vtrū fm lineā rectā multiplicet se in mediū rarius: vel nō. si sic: g̃ nō frangit̄. si nō. ɔ̄: q2 oē agens nāle vndiq3 spberice figure diffundit actionē suā: ₹ spēs visiua est agēs nāle: ₹ ex alio: q2 ocul⁹ exñs in rariori medio vbicūq3 eēt posset illud visibile in dēsiori videre: qd nō eēt nisi vndiq3 ageret. ¶ 7° si sic tūc aliquo ispiciēte se in aquā aere illuminato ₹ facie radi⁹ visualis frāgeret̄. ɔña t3: q2 aqua est dēsior aere occurrēs radio visuali inspiciētis. falsitas ̧pbat̄: nā b⁹ radius reflectit̄: q2 bō speculat̄ seip̄z: vt sit in aq̄: igit̄ nō refrāgit̄. ɔña ista t3 ex boc: q2 reflecti nō est refrāgi. ¶ Itē si sic tūc in aere fieret refractio: posito q oculus vidētis eēt in aq̄: ista ɔña t3: ex eo qd dī in l'ra q ab aq̄ ₹ ab aere: ₹ ab oib⁹ planā supficiē bñtib⁹ fit illud: s3 falsitas ̧pbat̄: q2 oculo exñte in aqua nō fit refractio in aqua: igit̄ multum minus fit in aere: cum aer sit minus potens q̄3 aqua.

In oppositū

est Aris. in 3° bui⁹ tractatu 2° vbi dic̄. Ex qdē g̃ visus refrāgit̄: ₹ ab aq̄ ₹ ab aere ex bis q̄ circa visuz dñsa sunt oz accipere. Et q ab oib⁹ bñtibus planā supficiē boc fit: ex quo pz q radius frāgit̄ in occursu densioris: ₹ boc probatur per experientias.

In qōne

p̄ videbit̄ de terminis qb⁹ vtēdū est in ista qōne ₹ in sequētib⁹. ¶ Deide de q̄sito: puta si ois radi⁹ refrāgat̄: ₹ si nō ois: qs refrāgat̄: ₹ quis non.

Unde p̄mo

notādū q Aris. in l'ra semp dicit visum frāgi vel reflecti: ₹ intēdit p visum radiū visualē: ₹ nō potētiā visiuā nec organū: ₹ ille erat modus loquēdi perspectiuoꝝ. s. Ptbolomei ₹ alioꝝ. Aris. p⁹ in quo exponit̄ termini qōnis.
¶ Deinde notādū q nō est cura in ̧pposito: vtrum radius veniat ab obto visibili ad visuz vel ecōuerso: q2 quocunq3 mō fiant linee radiales: eodē mō se baberēt ₹ demōstrationes silr ̧pcederent. ¶ Tn̄ pro isto sit ɔcl'o ista. q visus nō necessario fit per radiū exeūtē ab oculo ad obm: sed per radiū procedētē ab obto vsq3 ad oculū iclusiue: ista pz 2° de aia: q2 visus nō fit extramittēdo: sed intus suscipiēdo: ₹ binc ɔcordat Alacē ₹ Uitulo in 3° ₹ 4° pspectiue: s3 tn̄ alij posteriores pspectiui. sicut Lincoñ. in pspectiua sua dicit visum fieri extramittēdo radiū ab oculo: qd ̧pbat de oculis gataꝝ qui capiūt mures de nocte: vn̄ oculis suis luminosis illuminant visibilia: ₹ sic vidēt extramittēdo radiū. Et silr de oculis lupoꝝ ₹ quorūdā canū ₹ pisciū: ₹ cōformiter dicit esse de oibus oculis aialiū: l3 nō ita bn̄ sentiam⁹. Sed tn̄ istud non obstat: q2 quāuis radi⁹ ab aliqbus oculis sic ̧pcederet: tn̄ nō op3 in oibus. imo op3 aliū radiū a visuali obiecto ̧pcedere ₹ multiplicare vsq3 ad oculū: sic q visus recipiat species rerū sine mã anq̄3 fiat visio: vt pz 2° de aia. attn̄ q̄uocūq3 fiat nibil est ad q̄situ. ¶ Tn̄ nōn^{m} q refrāgi radiū vel frāgi in ̧pposito sumit̄ p eodē: vn̄ radi⁹ visualis ̧pcedēs a visibili sup mediū aliqd dēsius q̄3 sit mediū in q̄ est visibile p quē radiū diffundiuır similitudo rei visibilis vel est ipsamet similitudo rei diffusa vsq3 ad mediū occurrēs dicit̄ linea incidentie vel radius incidentie. Sed radius qui a superficie vbi radius incidit reuerberat̄ per quē redit forma vel similitudo rei visibilis ad eandē differentiā positionis extra medium ille dicat̄ radius reflexionis vel linea: sed radius ̧pcedēs vltra mediū densius nō fm rectū processu3: fm quē linea incidētie ̧pcessit dī radius vel linea refractionis. S3 angulus qui cāur a linea incidētie cum sup quā fit incidentia dicitur angulus incidentie. S3 angulus refractionis dicitur minor angulus quem causat linea refractionis cum superficie eadē: vel minor angulus quem causat linea refractionis cū linea ppēdiculari sup eādē supficiē in q̄ fit refractio: ₹ sic aliq volūt q angulus incidētie dī minor angulus quē ɔtinet

T.c.118. Visionem non fieri extramittēdo.

T.c.122. Quid sit radius reflexionis ₹ quid radius incidentis.

linea recta

linea recta cū linea ꝑpēdiclari ducta a pūcto refractiōis sup
supficiē duo media diuidētē. Sz tñ qd vocet̃ angulus refra
ctionis vl' icidētie videbit̃ īfra. Sz iste diffōnes iā dicte po
nunt̃ in pn° decimi ꝑspectiue Uitulonis. ¶ Ulteri⁹ nōn^m q
fractio radij vel radi⁹ frāgi nō est aliud ꝙ ꝯcursus radij in
cidētie cū radijs refractiōis. Uñ sciēdū q qñ aliqs angulus
noiat̃ ꝑ tres īrastūc angulus q denotat̄ signat̃ ꝑ mediā īraz:
vt pz in oīb⁹ libris mathematicis: vt g̃ ꝑdicte diffōnes itelli
gant̃ ponat̃ q.a.b. sit linea recta diuidēs duo media duarūz
diaphaneitatū: sicut aer ꝛ aq̃. Deide ponat̄ q diaphaneitatū
linea recta ꝑpēdicul'r cadat sup.a.b.q̃ sit.c.ꝛ in puncto.c.ꝛ ꝑ
ducat̃ in ꝯtinuū ꝛ directū vsqz ad.f. postea icidat radi⁹ a lu
minoso vel visibili: qd sit.d. ſm rectā lineā ſm pūctū.c. sic q
radi⁹.d.c. rect⁹ oblique cadat.i. nō ꝑpēdicul'r sup.a.b. in pun
cto.c.ꝛ ꝑducat̃.d.c. in contrariū ꝛ directū vsqz ad punctū.g.
Deinde inter.a.c.ꝛ.f.c. ducatur recta linea.f.c.ꝛ iter.a.c.ꝛ.e.c.
ducat̃.k.c. dico g̃ q angulus.d.c.b. dr̄ angulus icidētie: sz an
gulus.k.c. reflexionis radi⁹: sed.c.d. linea dr̄ ꝑpendicularis ꝛ
sup.c.f.ꝛ.d.c.g. dr̄ linea incessus recti vel rect⁹ icessus: sz in.c.
linea dr̄ linea refractiōis: ꝛ tot⁹ ille angulus.d.c.m. dr̄ angu
lus refractiōis: vel iste in.c.f.g est minor ꝯtēt⁹ a radio cōfra
ctionis: ꝛ linea ꝑpendiculari: sit g̃.d.c. radius icidēs sup pun
ctū.c. si tūc ille nō ꝑcedit ille inter.g.ꝛ.c.ꝛ.e.f. tūc talis decli
natio ab incessu recto causat angulū refractionis. ¶ Querit
g̃ qd nūqd ois radius sic frāgat̃ in occursu medij densioris.

Questio sensus.
Quid ra
rū qd den
sū sit.

¶ Pro q̃ nōn^m q rarū dr̄ cui⁹ ꝑtes remote abinuicē iacēt: ꝛ
densū cui⁹ ꝑtes ꝑpinque. ¶ Uel alr. rarū est qd sub magna
q̄ntitate hz modicū de mā: sicut ignis ꝛ aer: sz dēsuz est qd sub
modica q̄ntitate multū hz de mā. Sz tñ in ꝑposito sumitur
dēsi⁹ ꝑ min⁹ diaphanū ꝛ rari⁹ ꝑ magis diaphanū: qꝛ certuz
est q celū nō hz mām: tñ est diaphanū ꝛ densuz: ꝛ ēt rarum.
Sil'r vitra q̄uis sint densiora aq̃ ꝛ duriora: tñ qbusdā aquis
sunt magis diaphana. ¶ Tūc sit p^a ꝯ̃ ista. si luminosuz aliqd

Secūdo p°
visibile.

vel visibile diffūdat radiū ꝑ media diuersaꝝ raritatū lumi
noso exnte in medio rariori occurrēte medio densiori radi⁹
oblique icidēs refrangit̃ ꝑbat̃ ꝑ expientias sensibiles: nā si
in vase ponat̃ florenus ꝛ recedat quis vidēs quousqz latera
vasis ipediāt ipz a visione floreni: ꝛ tūc stet ꝛ faciat aquam
mūdā īfundi ad vas remanēte denario in loco in q̃ ꝑus fuit
ipse poterit eū videre qd nō eēt nisi radi⁹ visualis refrangeret̃.
¶ Hoc idē expimur ꝑ aliud. si.n. capiat̃ linea recta q̃ ꝑten
dat̃ ab oculo vsqz ad latera vasis: ꝛ vlteri⁹ ꝑcedit ad aquaz
ista recta linea nō tāget denariū: ꝛ ob h̄ visio denarij fit ꝑ li
neā fractā. ¶ Itē posito eodē denario sic iaz positū est si ba
listari⁹ cū balista figēs visuz ſm rectā lineā baliste sup dena
riū: ꝛ si ſz illā rectā lineā sagittauerit nō attinget denariū: qꝛ
rectus radi⁹ nō ꝑcedet sup denariū sz fractus. ¶ Itē supto
crystallo vel vrinali pleno aquaꝝ mundaꝝ: ꝛ posito ipso in
radijs solis radij oblique icidētes sup supficiē vrinalis ver
sus solē oēs refrangunt̃: ꝛ ꝯcurrūt ad pūctū vnuz ex alia pte
vrinalis vbi fit valde itensa lux: qd nō eēt nisi radij oblique
icidētes refrangerent̃. ex istis expiētijs pz ꝯ̃. Ex q̃ ꝯ̃ne pz q
q̄ntūcūqz itēsi vel fortes sint radij oblique icidētes sup me
dia dēsiora oēs frangunt̃: nec mutat nec minuit fractionē ra
dioꝝ inequalitas in itēsione si cetera sint paria. ¶ Scd̄a ꝯ̃ est
ista. q si radi⁹ ꝑcedēs a lumioso exnte in rariori medio oc
currēte dēsiori medio nō icidat obliq̄: sz ꝑpēdicul'r: ꝛ directe
talis ꝑcedit irrefract⁹: ista iteꝝ ꝑbat̃ ꝑ expiētias: qꝛ talia vi
sibilia videm⁹ ꝑ lineā rectā ꝑtēsaz ab oculo l' vtrūqz mediū
ꝛ sagittatores ſz rectas lineas sagittātes recte metā iueniūt.
Ex isto pz q q̄ntūcūqz itensi sint ieq̄l'r radij: dūmō sint ꝑpē
diculares sup media dēsiora occurrētia in q̃ pñt agere dire
cte ꝑcedūt eq̄l'r: nec ipedit ieq̄litas intēsionū: ꝛ hui⁹ rō est: qꝛ
ꝑ ꝯ̃nē ꝑcedūt irrefracte ꝛ directe. mō ꝯstat q vna linea re
cta non est rectior alia. al's statim altera esset obliq̄: pz ēt ꝯ̃ e

correlariū rōne: qꝛ si ꝑpēdicularis radi⁹ frangeret̃ oporteret:
vel qd ad oēm dr̄iaz pōnis frāgeret̃ vel ad aliquā determi
natē: ꝛ ad aliquā nō: sz nullū istoꝝ pōt dari nō ad oēm: qꝛ iā
nō eēt radi⁹: sz magis icorꝑatio lucis: sic luna icorꝑat lumen
solis dū illuminat̃ a sole. nec pōt dici z^m cū nā posset dari cā
ꝑꝑ quā ad illā ꝑtē reflectat̃ radi⁹ plus ꝙ ad aliā. g̃ relinquit̃
q ad nullā ꝑtē restringit̃: sz directe ꝑcedit. ¶ 3^a ꝯ̃ lumioso
exnte i medio rariori occurrēte medio dēsiori sup qd obliq̄
radiet radi⁹ frāgit̃ ab incessu recto ad ꝑpēdicularē: istud ꝑ
bat̃ in ex° ꝑus posito: sic q.d. sit visibile ꝛ ꝑcedat radi⁹ obli
quus vsqz ad.c. tūc nō multiplicat̃ in cōtinuū ꝛ directuz: sed
declinabit iter.c.g.ꝛ.e.f. faciēdo radiū.c.m.q radi⁹.c.m. decli
nat vel recedit ab icessu recto ad ꝑpēdicularē.e.f.ꝛ h̄ expiē
tie docebāt: de qb⁹ dictū fuit circa p^am ꝯ̃nē. ¶ Ex istis ꝯ̃nib⁹
ꝑdictis pz solo qōnis: qꝛ aliqs radi⁹ frāgit̃ in occursu medij
